

L. b. 265

~~B. 139.~~

Script. Rom. in Octavo
N. 139.


II. 2. b. 3.

aa R.
Fr.

C.F. Nachtrag

Büro für Dokumentation
Fachbibliothek
Wissenschaftsbibliothek

Mat. 5 gk
Lij. 3 gr.
8 gr.
Fr. Roemer.



M. ACCI PLAVTI

SARSINATIS VMBRI

COMOEDIAE DVAE

EX RECENSIONE

IO. FRED. GRONOVII

Fr. Roemer.

IENAE
IN BIBLIOPOLIO ACADEMICO

1788.

No. Uwart 1805.

PERSONAE DRAMATIS
QUOD INSCRIBITVR CAPTEIVEI.

Philocrates } Captiu*i*.
Tyndarus }
Hegio, pater Tyndari et
Philopolemi
Scalagmus, Hegionis seruus fugitiu*s*.
Aristophontes, Captiu*s*.
Ergasilus, Parasitus
Lorarius
Puer Hegionis.
Grex.

(Argumentum ita est sumtum, quasi res geratur in Aetolia.)



L57

ARGUMENTUM

(ut quibusdam videtur)

PRISCIANI.

Captus est in pugna Hegionis filius,
Alium quadrum fugiens seruus vendidit.
Pater captiuos commercatur Alios
Tantum studens, ut natum recuperet
Et in ibus *) emit olim amissum filium.
Is suo cuius domino veste versa ac nomine,
Ut amittatur fecit: ipsius plebitur
Et is reduxit captum et fugitiuum simul,
Indicio cuius alium agnoscit filium.

ALIVD ARGUMENTVM

CAMERARI.

Fabulae huic nomen *Captini Duo*. Inter Plautinas omnes haec
et argumento et expositione optima est et elegantissima. Ipse etiam
Poëta hanc commendat ut pudice scriptam. Multaque bona
sententiae in hac insunt, et eximiae fidei exemplum serui erga
heri-

A 2

*) Lambinus et interibi, Parewe et inibi,

herilem filium. Cum enim bellum esset inter Aetolos et Elienses, capitur Philopolemus Aetolus, Hegionis filius, itemque Eliensis Philocrates. Hunc Hegio vna cum seruo Tyndaro emit, quod speraret, posse aliqua permutatione captiuorum recuperare se filium suum. Sed inter dominum et seruum conuenit, ut seruus se dominum esse simularer. Ita dimissus aestimatus Philocrates ut seruus rediit in patriam. Fraude detecta per alterum captiuum Aristophontem, vehementissime iracudit Senex, et Tyndarum compeditum in lapidinas conicit. Hic erat filius ipsius, furto surreptus aetate puerili a seruo. Interea reuertitur Philocrates, et adducit filium Hegionis, et seruum etiam illum furem. Itaque agnitus Tyndarus in libertatem et familiam suam restitutus.

PROLOGVS

Hos quo videtis stare hic captiuos duos,
Illi qui stant, hi stant ambo, non sedent.
Vos vos mihi testes estis me verum loqui.
Senex qui hic habitat, Hegio est huius pater.
5 Sed is quo pacto seruatis suo sibi patri.
Id ego hic apud vos proloquar, si operam datis.
Seni huic fuerunt filii nati duo,
Alterum quadrimum puerum seruus surpuit,
Eumque hinc profugiens ve*y*didit in Alide n.
10 Patri huiusc : iam hoc tenetis? optimum est.
Negat, hercle, ille vltimus, accedito
Si non, vbi sedeas, locus est, est, vbi ambules,
Quando histriōnē cogis mendicarier.
Ego me tua causa, ne erres, non rupturus sum;
15 Vos qui potestis ope vestra censerier,
Accipere reliquom, alieno vri nihil moror.
Fugitiūs ille, ut dixeram ante, huius patri,

Dom

Domo quem profugiens dominum abstulerat, vendidit.
Hic postquam hunc emit, dedit huic gnato suo
20 Peculiarem: quia quasi vna aetas erat.
Hic nunc domi seruit suo patri, nec scit pater.
Enimvero *Li Nos Qmisi* pilas homines habent.
Rationem habetis, qnomodo vnum amiserit.
Postquam belligerant Aetoli cum Aliis,
25 Ut sit in bello, capitur alter filius.
Medicus Menarchus emit ibidem in Alide.
Coepit capriuos commercari hic Alios,
Gisan, de- Si quem reperire posset cum quo mutet suum
ler cum. Illum captiuum. Hunc suum esse nescit, qui domi est.
MSS. Lang. 30 Et quoniam heri inde audiuit, de summo loco
indaudiuit. Summoque genere captum esse equitem Aleum.
Nihil pretio parsit, filio dum parceret,
Reconciliare ut facilius posset domum,
Emittit hosce de preda ambos de *Quaeſitoribus*.
35 Hice autem inter se hunc confinxerunt dolum,
Quo pacto hic seruus suum herum hinc amittat domum.
Itaque inter se commutant vestem et nomina,
Illic vocatur Philocrates, hic Tyndarus,
Huius illic, hic illius hodie fert imaginem.
40 Et hic hodie expediet hanc docte fallaciam,
Et suum herum faciet libertatis compotem.
Eodemque pacto fratrem seruabit suum.
Reducemque faciet in patriam ad patrem,
Imprudens: itidemque ut saepe iam in multis locis
45 Plus incisus quis fecit, quam prudens boni.
Sed incisentes sua sibi fallacia
Ita compararunt et confinxerunt dolum:
Itaque hi commenti de sua sententia,
Ut in seruitute hic ad suum maneat patrem.
50 Ita nunc ignorans suo sibi seruit patri.
HOMVNCGVLI quanti sunt, cum recognito!
Haec res agetur nobis, vobis Fabula
Sed etiam est, paucis vos quod monitos voluerim.
Profecto expediet, Fabulae huic operam dare.
55 Non perrratae facta est, neque item ut ceterae;

Neque spurcidici insunt versus immemorables;
Hic neque periurus leno est, nec meretrix mala,
Neque miles glriosus. Ne veramini,
Quia bellum Aetolis esse dixi cum Aliis.

- 60 Foris illic extra scenam fient praelia.
Nam hoc paene iniquum est Comico choragie,
Conari de subijo nos agere Tragoediam.
Proin, si quis pugnam exspectat, lites contrahat:
Valentiorem naestus adversarium
65 Eos cernat. Si erit, ego faciam ut pugnam inspectet non bonam;
Adeo ut spectare postea omnes oderit.
Ab eo. Valete, iudices iustissimi,
Domi, bellique, duellatores optimi.

A C T V S P R I M V S.

S C E N A P R I M A.

E R G A S I L V S.

- Iuuentus nomen indidit scorto mihi
Eo quia inuocatus soleo esse in conuilio.
Scio absurdē dictum hoc derisores dicere,
At ego aio recte, nam in conuilio sibi
5 Amator, talos cum iacit, scoreum inuocat.
Estne innocatum, an non? est planissime.
Verum, hercle, verum nos parasti planius,
Quos nūquam quisquam neque vocat, neque inuocat
Quasi mures semper edimus alienum cibum.
10 Vbi res prolatae sunt, cum rus homines eunt,
Simul prolatae res sunt nostris dentibus.
Quasi cum caletur, cochleae in occulto latent
Suo sibi succo vivunt, ros si non cadit:
Item Parasiti rebus prolatis latent
15 In occulto, miseri viicitane succo suo,
Dum ruri rurant homines quos liguriant
Prolatis rebus Parasiti yenatici
Sumus: quando res redierunt, molestici

Odo-

- Odiosicique et multum incommodissimi.
- 20 Et hic quidem, hercule, nisi qui colaphos perpeti
Potis Parasitus, frangique aulas in caput.
Vel ire extra portam trigeminam ad saccum licet,
Quod mihi ne eueniar, nonnullum periculum est.
Nam postquam meus rex est potius hostium,
- 25 Ita nunc belligerant Aetoli cum Aliis.
Nam Aerolia haec est: illic caput in Alide
Philopolemus hujus Hegionis filius
Senis, qui hic habitat: quae aedes lamentariae
Mihi sunt: quas quotiescumque conspicio, fleo.
- 30 Nunc hic occipit quaestum: hunc filii gratia
In honestum, maxime alienum ingenio suo.
Homines captiuos commercatur, si queat
Aliquem invenire, suum quicquam mura filium.
Nuuc ad eum pergam. Sed aperitur ostium,
- 35 Vnde saturitate saepe ego exii ebrius.

A C T V S P R I M V S.

S C E N A S E C V N D A.

HEGIO, LORARIUS, ERGASILVS.

- A**duore animum sis tu: istos captiuos duos,
Here quos enim de praeda, de quaestoribus,
His indito catenas singularias;
Itas maiores, quibus sunt vinceti, demito.
- 5 Sinito ambulare, si feris, si intus volent:
Sed vti asseruentur magna diligentia,
Liber captiuus auis ferae consimilis est:
Semel fugiendi si data est occasio,
Satis est: nunquam post illam possis prendere.
- 10 LO. Omnes profecto liberi habentius
Sumus, quam seruinus. HE. non videre ira tu quidem.
LO. Si non est quod dem, menevis dem ipse in pedes?
HE. Si dederis, erit exemplo mihi, quod tibi.
LO. Auis me ferae consimilem faciam, ut praedicas.
- Lamb. nam ne faxis 15 HE. Ita ut dicis, nam si fasias, te in caueam dabo.

Sed satis verborum est. cura quae iussi, atque abi.

ER. Quod ego quidem nimis quam cupio ut impetreret;

Nam ni illum recipit, nihil est quo me recipiam.

Nulla inuentus est spes: se se omnes amant.

20 Ille demum antiquis est adolescens moribus;

Cuius nunquam volcum tranquillai gratiis.

Condigne est pater ejus moratus moribus

HE. Ego ibo ad fratrem, ad alios captiuos meos;

Vilam ne nocte hac quippam turbauerint,

25 Inde me continuo recipiam tursum domum.

ER. Aegre est mihi, hunc facere quaestum carcerarium;

Propter sui gnati miseriam, miserum senem.

Sed si vito pasto ille hic conciliari potest,

Vel carnificinam hunc facere possum perpeti.

30 HE. Quis hic loquitur? ER. ego, qui tuo moerore maceror,

Macesco, confenserco, et tabesco miser.

Ossa atque pellis sum misera macitudine.

Neque unquam quicquam me iuuat quod edo domi;

Foris aliquantillum etiam gusto, id beat.

35 HE. Ergasile, salve. ER. di te bene ament, Hegio.

HE. Ne fle. ER. egone illum non fleam? egone non defleam

Talem adolescentem? HE semper sensi filio

Meo te esse amicum, et illum intellexi tibi.

ER. TVM DENIQUE homines nostra intelligimus bona,

40 Cum quae in potestate habuimus, ea amissimus.

Ego, postquam gnatus tuus potitu'lt hostium,

Expertus quanti fuerit: nunc desidero.

HE. Alienus cum ejus incommodum tam aegre feras,

Quid me patrem par facere est, cui ille est unicu?

45 ER. Alienus ego? alienus ille? ha Hegio!

Nunquam istuc dixis, neque animum induxis tuum.

Tibi ille vnicu'st, mihi etiam vnicu magis vnicu.

HE. Laudo, MALVM quom amici tuum ducis malum.

Nunc habe bonum animum, ER. ehcu? HE. huic illud doler,

50 Quidam nunc remissus est edendi exercitus.

Nullamne interea nactus, qui posse tibi

Remissum, quem dixi, imperare exercitum?

ER. Quid credis? fugitant omnes hanc provinciam

Q. 10

Quo obtrigerat, postquam captus est Philopolemus tuus.

55 HE. Non pol mirandum est, fugitare hanc provinciam.

Multis et multigeneribus opus est tibi

Militibus, primum dum opus est Pistoriensibus:

Eorum sunt genera aliquot Pistoriensium.

Opus Paniceis, opus Placentinis quoque,

60 Opus Turdetanis, opus est Ficedulensisbus;

Iam maritimi omnes milites opus sunt tibi,

EE. Ut SAEPE summa ingenia in occulto latent!

Hic qualis imperator nunc priuatus est!

HE. Habe modo bonum animum, nam illum confido domum

65 In his diebus me reconciliassere.

Nam ecum hic capriuam adolescentem Alium,

Pregnatum genere summo, et summis diuitiis;

Hoc, illum me mutare, confido fore.

ER. Ita di deaequ faxint. HE. sed num quo foras

70 Vocatus ad coenam? ER. nusquam, quod sciām.

Sed quid tu id quaeris? HE. quia mihi est natalis dies;

Propterea te vocari ad coenam volo.

ER. Facete dictum. HE. sed si pauxillum potes

Contentus esse. ER. nac per pauxillum modo:

75 Nam istoc me asiduo vietu delecto domi.

HE. Age sis roga. ER. emin' tu? HE. nisi qui meliorem afferet,

ER. Quae mihi atque amicis placeat conditio magis:

Quasi fundam vendam meis me addicam legibus.

HE. Profundum vendis tu quidem, haud fundum mihi.

80 Sed si venturus, tempori ER. hem! vel jam otium est,

HE. I modo, venare leporem: nunc erim tenes.

Nam meus scrupolam vietus comineat viam.

ER. Nunquam istoc vices me, Hegio; ne postules:

Cum calceatis dentibus veniam tamen.

85. HE. Asper meus vietus sane est. ER. sentisne estas?

HE. Terrefris coena est. ER. sus terrefris bestia est.

HE. Multis oleribus. ER. curato aegrotos domi.

Num quid yis? HE. venias tempori ER. memorem mones.

A §

HE

v. 76. Salmas. et Gronou. Age sis, rogo. ER. Emprom, nisi qui
meliorem afferat, quae mihi atque amicis placeat conditio magis;
quasi fundam vendam (fortasse: vendens), meis --

HE. Ibo intro atque intus subducam ratiunculam,
 50. Quantulum argenti mihi apud trapezitam fiet.
 Ad fratrem, quo ire dixeram, mox iuero.

ACTVS SECUNDVS

SCENA PRIMA

LORARII, PHILOCRATES, TYNDARVS

Si di immortales id voluere, vos haec aerumnam exsequi,
 Decet id pati animo aequo, si id facieris, leuior labos erit.
 Domi fuitis, credo, liberi:
 Nunc seruitus siveuenit, ei vos morigerari mos bonus?
 5 Eamque herili imperio ingenii vestris lenem reddere.
 INDIGNA digna habenda sunt, herus que facit. PH. oh oh oh!
 LO. Eiulatione haud opus est: oculis multam miseriam additis.
 IN RE MALA animo si bono utare, adjuvat.
 PH At nos puder, quia cum catenis sumus. LO. at pigeat postea
 10. Nostrum herum, si vos eximat vinculis,
 Aut solutos finat, quos argento emerit.
 PH. Quid a nobis meruit? scimus nos
 Nostrum officium quod est, si solutos finat.
 LO. At fugam fingitis. Sentio quam rem agitis
 15 PH. Nes fugiamus? quo fugiamus? LO. in patriam -PH. apage:
 haud nos id decat.
 Fugitivos imitari. LO. imo edepol, si erit occasio, haud dehorror.
 PH. Vnum exorare vos finite nos. LO. quidnam id est? PH. ut
 fine his arbitris
 Atque vobis, nobis detis locum loquendi.
 LO. fiat, abscedite hinc: nos concedamus huc. Sed breuem
 orationem incipesse,
 PH. Hem istuc mihi certum erat, concede huc. LO. abite ab ipsis.
 TY obnoxii ambo
 Vobis
 v. 81. Turnebus: Immo venare — Camerar. nunc i, rem tenes.
 Scaliger, nunc Cirim tenes.
 v. 7. Gronou. manu, multam oculis modo irrogatis

Vobis sumus propter hanc rem; cum, quae volumus nos,
Copia est, ea facitis nos compotes.

PH secede huc nunc jam, si videtur, procul.

Ne arbitri dicta nostra arbitrari queant:

25 Neue permanet palam haec nostra fallacia.

Nam DOLI NON doli sunt, nisi astu colas,

Sed malum maximum, si id palam prouenit.

Nam si herus mihi es tu atque ego me tuum esse seruum assimulo.

Tamen viso opu'st, cauto est opus, ut hoc sobrie, sineque arbitris

30. Accurate hoc agatur, docte et diligenter.

Tanta incepta res est: haud somniculose hoc

Agendum est. TY. ero, ut me voles esse. PH spero,

TY. Nam tu nunc vides pro tuo caro capite,

Carum offerre meum caput vilitati.

35. PH. scio TY. at scire memento, quando id, quod voles, habebis.

Nam FERE MAXIMA pars morem hunc homines habent; quod
sibi volunt,

Dum id impetrant, boni sunt: sed id ubi jam penes sese habent.

Ex bonis pessimi et fraudulentissimi

Sunt. Nunc ut te mihi volo esse, esse autumo.

40 Quod tibi suadeam, suadeam meo patri,

PH. Pol ego te, si audeam, meum patrem nominem;

Nam secundum patrem tu es pater proximus.

TY Audio. PH. et properereta saepius te, ut memineris, monco-

Non ego herus tibi, sed seruus sum, nunc obsecro te hoc vnu'm,

45 Quoniam nobis Di immortales animum ostenderunt suum,

Vt qui herum me tibi fuisse, atqne esse nunc conseruum velint;

Quod antehac pro jure imperit ab am. meo, nunc te oroper
precem,

Per fortunam incertam et per mei te erga bonitatem patris,

Perque conseruitum commune, quod hostica euicit manu,

Ne me secus honores honestes, quam ego te, cum seruibus mihi,

Atque vt qui fueris, et qui nunc sis, meminisse vt memineris.

TY. Scio quidem me te esse nunc, et te esse me. PH. hem. istuc
si potes

Memoriter meminisse, inest spes nobis in hac astytia.

Aetus

ACTVS SECUNDVS.

SCENA SECUNDA.

HEGIO, PHILOCRATES, TYNDARVS

- I**am ego reuertar intro, si ex his quae volo exqnisivero.
 Ubi sunt isti, quos ante aedis iusti hic produci foras?
 PH. Edepol tibi ne quaestioni essemus, caurum intellego;
 Ita vinclis custodiisque circumnoeniti sumus.
5. HE. Qui cauet, ne decipiatur, vix cauet, cum etiam cauet.
 Etiam cum cauisse rarus est, saepe is cautor captus est.
 An vero non justa causa est, ut vos seruem sedulo,
 Quos tam grandi sim mercatus praesensi pecunia?
 PH. Neque pol tibi nos, quia nos seruas, aequom est virtus
 vortere:
- 10 Neque te nobis, si abeamus hinc, si fuat occasio.
 HE. Ut vos hic, itidem illic apud vos meus seruatur filius.
 PH. Captus est? HI. ita. PH. non igitur nos soli ignauit suimus.
 HE. Secede hic, nam sunt ex te quae solo scutari voles,
 Quarum rerum te falsiloquum mihi esse nolo. PH. non ero,
- 15 Quid sciam, si quid nesciui, id nescium tradam tibi.
 TY. Nunc senex est in tonstrina: nunc jam cultros atrinet.
 Ne id quidem inuolucre iniicere voluit, vestem ut ne inquieret,
 Sed vtrum, strictimne attronsum dicam esse, an per pectinem,
 Nescio: verum si frugi est usque admittibiliter probe.
- 20 HE. Quid tu? seruusne esse, an liber manus? memora mihi.
 PH. Proximum quod sit bono, quodque a malo longissime,
 Id volo, quanquam non multum fuit molesta seruitus:
 Nec mi fecus erat, quam si essem familiaris filius
 TY. Eugepae! Thalem talento non emam Milesium.
- 25 Nam ad sapientiam hujus nimius nugator fuit
 Ut facete orationem ad seruitutem contulit!
 HE. Quo de genere natu' est illic Philocrates? PH. Polyplusio;
 Quod genus illic est vnum pollens atque honoratissimum.
 HE. Quid ipsis hic? quo honore est illic? PH. summo, atque
 ab summis viris.
- 30 HE. Tum igitur ei cum in Aleis tanta gratia est, vt praedicas,
 Qui

Quid diuitiae, funtre opimae? PH. unde excoquat seuum senex,

HE. Quid pater? viuitne? PH. viuum, cum inde abiimus,
liquimns,

Nunc viuat, nec ne, id Orcum scire oportet scilicet,

Salua res est, philosophatur quoque iam, non mendax modo est;

35 HE. quod erat ei nomen? PH. Thesaurochrysonichochryfides.

HE. Videlicet propter diuitias inditum id nomen quasi est.

PH. Imo edepol propter auaritiam ipsius, atque audaciam.

Nam ille quidem Theodoromedes fuit germano nomine,

HE. Quid tu ais? tenaxne pater eius est? PH. imo edepol pertinax.

40 Quin etiam ut magis noscas: Genio suo vbi quando sacrificat,

Ad rem diuinam quibus est opus Samiis vasis utitur:

Ne ipse Genius surripiat, proinde aliis ut credat vide.

HE. Sequere hac me igitur, eodem ego ex hoc, quae volo, ex
quaefuiero.

Philocrates hic fecit hominem frugi ut facere oportuit,

45 Nam ego ex hoc, quo genere gnatus sis, scio; hic fassu'st mihi
Haec tu eadem si confiteri vis, tua re feceris:

Quae tamen scito scire me ex hoc. TY. fecit officinm hic suum,

Cum tibi est confessus verum: quanquam volui sedulo

Meam nobilitatem occultare, et genus, et diuitias meas,

50 Hegio, nunc quando patriam et libertatem perdidisti,

Non ego istunc me potius, quam te metuere, aequum censeo.

Vis hostilis cum istoc fecit meas opes aequabiles.

Memini, cum dicto haud audebat; factio nunc laedat licer,

Sed viden? FORTVNA humana fingit artarque ut lubet;

55 Me, qui liber fueram, seruum fecit; e summo infimum,

Qui imperare insueveram, nunc alterius imperio obsequor.

Et quidem si proinde ut ipse fui imperator familiae,

Habeam dominum, non verear ne injuste aut grauiter mihi imperet.

Hegio, hoc te monitum, nisi forte ipse non vis, volueram.

60 HE. Loquere audacter. TY. tam ego fui ante liber, quam gnat
tus tuus.

Tam mihi, quam illi, liberratem hostilis eripuit manus.

Tam ille apud nos seruit, quam ego nunc hic apud te seruo.

Est

* v. 35. Alii: Thesaurochrysonichochryfides; alii, Thesaurecrypse.
nicochryfides.

Es PROFECTO Deus, qui quae nos gerimus, auditque et videt,
Is vti tu me hic habueris, proinde illum illic curauerit.

65 **B**ene merenti bene profuerit, male merenti par erit.

Quam tu filium tuum, tam pater me mens desiderat.

HE. memini ego istoc, sed sacerdin' eadem quae hic fassust mihi?

TY. Ego patri meo esse fateor summas diuitias domi,

Meque summo genere gnatum. sed te obtestor, Hegio,

70 **N**e tuum animum auariorem faxint diuitiae meae:

Ne patri, tametsi vnicus sum, decere videatur magis,

Me saturum seruire apud te sumptu' et vestitu tuo,

Potius quam illi, vbi minime honestum est, mendicantem viuere.

HE. Ego virtute Deum et maiorum nostrum diues sum satis,

75 **N**on ego omnino lucrum omne esse vile homini existimo.

Scio, ego; multos iam lucrum luculentos homines reddidit.

Es etiam, ubi profecto damnum praestet facere quam lucrum.

Odi ego aurum: multa multis faepe suafer perperam.

Nunc hoc animam aduortito, ut ea quae sentio, pariter scias,

80 **F**ilius meus illic apud vos seruit caprus Alide:

Eum si reddis mihi, praeterea vnum nummum ne duis:

Et te et hunc amittam hinc, alio pacto abire non potes.

TY. Optimum atque aquissimum oras: optimusque hominum homo es.

Sed is priuatam seruitutem seruit illi an publicam?

85 **H**E. Priuatam medici Menarchi PH. pol hic quidem huius est
cliens.

Tam hoc quidem tibi in proclivi, quam imber est, quando pluit.

HE. fac is homo ut redimatur. **T**Y. faciam. sed te id oro, Hegio.

HE. Quiduis, dum ab re nequid ores, faciam, **T**Y. ausculta dum,
scias.

Ego me amitti, domicum ille huc redierit, non postulo.

90 **V**erum, te quæso, ut aestimatum hunc mihi des, quem mittam
ad patrem,

Vt is homo redimatur illi. **H**E. imo alium potius misero

Hinc, vbi erunt induciae, illuc tuum qui conueniat patrem.

Qu' tua, quae tu misericordia mandata, ita, ut velis, perferar.

TY. At nihil est, ignotum ad illum mittere: operam luseris.

95 **H**unc mitte, hic omne transactum redder, si illuc venerit,

Nec quenquam fideliorem, neque cui plus credat, potes

Mit.

Mittere ad eum, nec qui magis sit seruos ex sententia;
 Neque adeo cui tuum concerdat filium hodie audacius
 Ne vereare, meo periculo huius ego experiar fidem,
 100 Frerus ingenio eius, quod me esse scit erga se benevolum.

HE. Mittam equidem istunc aestimatum tua fide, si vis. TY.
 volo.

Quam citissime potest, tam hoc cedere ad factum volo.

HE. Num quae causa est, quin si ille huc non redeat, viginti
 minas

Mihi des pro illo? TY. optima imo. HE. soluite istum nunc jam,
 105 Arque utrumque. TY. di tibi omnes omnia optata afferant,
 Cum me tanto honore honestas, cumque ex vinculis eximis.
 Hoc quidem haud molestum est iam, quod collus collaria careret.
 HE. QVOD bonis benefitiis, gratia ea grauida est bonis;
 Nunc tu illam si illo es missurus, dice, demonstra, praecipe,
 Quae ad patrem vis nunciari, yin' vocem huc ad te? TY. voca

A C T V S S E C V N D V S

S C E N A T E R T I A

H E G I O , P H I L O C R A T E S , T Y N D A R V S .

Quae res bene vortat uahi meoque filio,
 Vobisque: vult te nouus herus opem dare
 Suo veteri domino, quod is velit, fideliter.
 Nam ego te aestimatohuic dedi viginti minis;
 5 Hic autem te, ait, mittere hinc velle ad patrem;
 Meum ut illic redimat filium: mutatio
 Inter me arque illum ut nostris fiat filii,
 PH. Utroque vorsum restum est ingenium meum,
 Ad te adque illum, pro rota me vti licet,
 10 Vel ego hic vel illuc vortar, quo imperabitis,
 HE. Tute tibi ea tuopte ingenio prodes plurimum,
 Cum seruitutem ita fers, ut ferri decet,
 Sequere, hem tibi hominem. TY. gratiam habeo tibi,
 Quom copiam istam mihi et potestatem facis:
 15 Ut ego ad parentes hunc remittam nuncium,

Qui

- Qui me quid rerum hic agitem, et quid fieri velim,
 Patri meo ordine omnem rem illuc perferat:
 Nunc ita conuenit inter me atque hunc, Tyndare,
 Ut te aestimatum in Alidem mittam ad patrem.
 20 Si non rebitas huc ut virginis minas
 Dem pro te. PH. recte conuenisse sentio.
 Nam pater expectat, aut me, aut aliquem nuncium,
 Qui hinc ad se veniat. TY. ergo animum aduortas volo,
 Quae nunviare hinc te volo in patriam ad patrem.
 25 PH. Philocrates, ut adhuc locorum feci, faciam sedulo,
 Ut potissimum quod in rem recte conducat tuam,
 Id petam, id persequarque corde et animo atque viribus.
 TY. facis ita, ut te facere oportet. Nunc animum aduortas volo:
 Omnium primum salutem dicio matri et patri,
 30 Et cognatis, et si quem alium benevolentem videris.
 Me hic valere et seruitutem seruire huic homini optumo,
 Qui me honore honestiorem semper fecit, et facit.
 PH. Iстuc nec praecipias: facile memoria memini tamen.
 TY. Nam quidem, nisi quod custodem habeo, liberum me esse
 arbitror.
 35 Dicio patri, quo pacto mihi cum hoc conuenerit
 De hujus filio. PH. quae memini, mora mera est monerier.
 TY. Ut eum redimat, et remittat nostrum huc amborum vicem;
 PH. Meminero. HE. at quam primum poteris, istuc in rem utri-
 que est maxime.
 PH. Non tuum tu magis videre, quam ille suum gnatum cupit.
 40 HE. Meus mihi, SVVS cuique est carus PH. nunquid aliud vis
 patri
 Nunciari? TY. me hic valere, et ture audacter dicio,
 Tyndare, inter nos fuisse ingenio haud discordabili:
 Neque te commeruisse culpam, neque me aduersatum tibi.
 Beneque hero gessisse morem in tantis aerumnis tamen.
 45 Neque med vnquam deseruisse te, neque factis, neque fide,
 Rebus in dubiis, egenis. Haec pater quando scier,
 Tyndare, ut fueris animatus erga suum gnatum atque se,
 Nunquam erit tam avarus, quin te gratus emittat manu.
 Et mea opera, si hinc rebito, faciam ut faciat facilius.
 50 Nam tua opera et comitate et virtute et sapientia

Fecisti,

Fecisti, ut redire licet ad parentes denuo;
 Cum apud hunc confessus es et genus et diuitias meas.
 Quo pacto emisisti e vincis tuum herum, tua sapientia.
 PH. Feci ego ista ut commemoras: et te meminisse id gratum
 est mihi,

- 55 Merito tibi ea euenerunt a me, nam nunc, Philocrates,
 Si ego item memorem quae med erga multa fecisti bene,
 Nox diem adimat, nam si seruus meus esses, nihilo fecius
 Mihi obsequiosus semper fuisti, HE. Bi vostram fidem,
 Hominum ingenium liberale! ut lacrumas excutiunt mihi!
 60 Videas corde amare inter se: quantis laudibus suum herum
 Seruus collaudavit! PH. Iste pol haud me centesimam
 Partem laudat, quam ipse meritus est, ut laudetur laudibus,
 HE. Ergo cum optime fecisti, nunc adest occasio
 Benefacta cumulare, ut erga hunc rem geras fideliter,
 65 PH. Magis non factum possum velle, quam opera experiar per-
 sequi:

Id ut scias, Iouem supremum testem laudo, Hegio
 Me infidelem non futurum Philocrati. HE. probus es homo.
 PH. Nec me securus vnuquam ei facturum quicquam, quam memet
 mihi.

- TY. Itaec dicta te experiri et operis et factis volo.
 70 Et quo minus dixi, quam votui de te, animum aduortas volo.
 Atque horunc verborum causa cauero mihi iratus fuas.
 Sed te, quaefo, cogitato hinc mea fide mitti domum
 Te aestimatum, et meam esse vitam hic pro te positam pignori,
 Ne tu me ignores, cum exemplo meo e conspectu abscesseris.
 75 Quom me seruum in servitute pro te hic reliqueris;
 Tuque te pro libero esse ducas, pignus deserfas:
 Neque des operam, pro me ut hujus reducem facias filium,
 Scito te hinc minis viginti aestimatum mittier,
 Fac fidelis sis fideli: caue fidem fluxam] geras.

- 80 Nam pater, scio, faciet, quae illum facere oportet, omnia.
 Serua in perpetuum tibi amicum me, atque hunc inuentum inueni,
 Haec per dexteram tuam, te dextera retinens manu,
 Obsero, infidelior mihi ne fuas, quam ego sum tibi,
 Tu hoc age, tu mihi herus nunc es: tu patronus: tu pater:
 85 Tibi commando spes opesque mea. PH. mandauisti factis,

Satin' habes, mandata quae suht, facta si refero? TY. satis.

PH. Et tua et tua hue ornatus reueniam ex sententia.

Nunquid aliud? TY. ut quam primum possis, redeas. PH. res moneret.

HE. Sequere me, viaticum ut dem hinc a trapezita tibi:

90 Eadem opera a Praetori sumam syngraphum. TY. quem syngraphum?

HE. Quem hic ferat secum ad legionem, hinc ire huic ut liceat domum.

Tu intro abi. TY. bene ambulato. PH. bene vale. HE. edepol rem meam

Constabiliui, cum illos emi de praeda a quaestoribus.

Expediui ex seruitute filium, si diis placet.

95 At etiam dubitauit hos homines emerem, an non emerem, diu.

Seruare istum sultis intus, serui: ne quoquam pedem

Efferat sine custode, ego apparebo domi.

Ad fratrem modo captiuos alios inviso meos.

Eadem percontabor, equis hunc adolescentem nouerit.

100 Sequere tu, te ut amittam, rei primum praeuorti volo.

ACTUS TERTIUS.

SCENA PRIMA.

ERGASILUS.

Miser homo est, qui ipse sibi quod edit querit, et id aegre inuenit:

Sed ille est miserior, qui et aegre querit, et nihil inuenit.

Ille miserrimus est, qui cum esse cupit, quod edit non habet.

Nam, hercle, ego huic diei, si liceat, oculos effodiā libens,

5 Ita malignitate onerauit omnes mortales mihi.

Neque ieiuniosiorem, neque magis effertum fame

Vidi; nec qui minus procedat, quicquid facere occuperit.

Itaque venter gutturque resident esuriāles ferias.

Ilicet parasitiae arti maximā in mālām crūcem!

10 Ita inuenitus jam ridiculos inopesque ab se segregat.

Nihil morantur jam Laconas imi subsellii viros,

Plagipatidas: quibus sunt verba sine penu et pecunia.

Eos requirunt, qui, libenter cum cederint, reddant domi.

Ips

- Ipsi obsonant, quae parasitorum ante erat prouincia.
- 15 Ipsi de foro tam aperto capite ad lenones eunt,
Quam in tribu aperto capite fontes contemnunt reos.
Neque ridiculos iam teruncii faciunt. sese omnes amant.
Nam ut dudum hinc abii, accessi ad adolescentes in foro.
Saluete, inquam: Quo imus vna, inquam, ad prandium? atque illi
tacent.
- 20 Quis ait? hoc, aut, quis profitetur? inquam, atque illi abiuunt
Dico vnum ridiculum dictum de dictis melioribus,
Quibus solebam menstruales epulas ante adipiscier.
Nemo ridet, sciui exemplo rem de compacto geri.
- 25 Ne canear quidem irritatam voluit quisquam imitarier.
Saltem, si non arriderent, dentes ut refringerent.
Abeo ab illis, postquam video me sic ludificarier.
Pergo ad alios, venio ad alios, deinde ad alios: una res.
Omnes compacto rem agunt, quasi in velabro olearii.
- 30 Nunc redeo inde, quoniam me ibi video ludificarier.
Item alii Parasiti frustra obambulabant in foro.
Nunc barbarica lege certum est jus meum omne persequi.
Qui conciliu inire, quo nos victu et vita prohibeant,
His diem dicam, irrogabo multam: ut mihi coenam decem.
- 35 Meo arbitratu dent, cum cara annona sit. sic egero.
Nunc ibo ad portum hinc, est illic mihi vna spes coenatica:
Si ea decollabit, redibo huc ad senem, ad coenam speram.

ACTUS TERTIUS.

SCENA SECUNDA.

HEGIO.

- Quid est suauius, quam bene rem gerere bono publico? sicut ego
feci heri,
- Cum emi hosce homines, vbi quisque vident, eunt obuiam,
Gratulanturque eam rem, ita me miserum restitando,
Retinendoque lassum reddiderunt.
- ¶ Vix ex gratulando miser jam eminebam,
Tandem abii ad Praetorem: ibi vix requieui: togo syngraphus:
Datur mihi: illico dedi Tyndaro, ille abiit domum.

B 2

Inde

Inde illico reuotor domum, postquam id actum est, eo;
 Protinus ad fratrem inde abii, mei vbi sunt alii captiu*ū*.
 10 Rogo, Philocratem ex Alide ecquis omnium nouerit?
 Tandem hic exclamat, eum sibi esse sodalem. dico
 esse eum
 Apud me. hic exemplo orat obsecratq*e*, eum sibi vt
 liceat
 Videre. iussi illico hunc exsolui. nunc tu sequere me,
 Ut quod me orauit*i*, impetres, eum hominem vt con-
 uenias.

A C T V S T E R T I V S. S C E N A T E R T I A T Y N D A R V S.

Nunc illud est, cum me fuisse, quam esse, nimio
 maelim:
 MSS. Pall.
 spernuntque
 me Nunc spes, opes auxiliaque a me segregant, spernunt-
 que se.
 Hie ille est dies, cum nulla vitae meae salus sperabi-
 lis est:
 Neque exilium exitio est; neque adeo spes, quae mihi
 hunc aspellat metum:
 Lamb. int. 5 Nec mendaciis subdolis mihi vsquam mantellum est
 gumentum meis.
 Nec sycophantiis, nec fucis vilum mantellum ob-
 uiam est.
 Neque deprecationi perfidiis meis, nec malefactis fuga est.
 Nec confidentiae vsquam hospitium est, nec queri-
 culum dolis.
 Operta quae fuere, aperta sunt; patent praestigiae.
 10 Omnis res palam est; neque de hac re negotium
 est, quin male
 Occidam, oppetamque pestem, heri vicem meamque.
 Perdidit me Aristophontes hic, qui intro venit modo.



Is me nouit: is sodalis Philocrati et cognatus est.
 Neque jam salus seruare, si volt, me potest; nec
 copia est:
 15 Nisi si aliquam corde machinor astutiam.
 Quam, malum! quid machiner? quid comminiscar?
 maxumas
 Nugas ineptiasque incipisco. haereo.

ACTVS TERTIVS

SCENA QVARTA.

HEGIO, TYNDARVS, ARISTOPHONTES.

Quo illum nunc hominem proripuisse foras se di-
 cam ex aedibus?

TY. Nunc enim vero ego occidi: eunt ad te hostes,
 Tyndare, quid loquar?

Quid fabulabor? quid negabo? aut quid fatebor?
 mihi

Res omnis in, incerto sita est, quid rebus confidam
 meis?

3 Vtinam te Di prius perderent, quam periisti e patria
 tua,

Aristophontes, qui ex parata re imparatam omnem
 facis.

Occisa est haec res, nisi reperio atrocem mihi aliquam
 astutiam.

HE. Sequere, hem tibi hominem, adi atque alloquere.

TY. quis homo est me hominum miserior?

AR. Quid istuc est, quod meos te dicam fugitare
 oculos, Tyndare?

10 Proque ignoto me aspernari, quasi me nunquam
 noueris?

Evidem tam sum seruus, quam tu: et si ego [domi
 liber fui,

Tu usque a puero seruitutem seruivisti in Alide.

HE. Edepol minime miror, si te fugitat, aut ocu-
 los tuos,

Aut si te odit, qui istum appelles Tyudarum pro
Philocrate,

Non. rubi. 15 TY. Hegio, hic homo rabiosus habitus est in Alide,
dosus Ne tu, quod istic fabuletur, aures immittas tuas

Nam istic hastis infectatus est domi matrem et patrem.

Et illic istic, qui sputatur, morbus interdum venit.

Proin' tu ab istoc procul recedas. HE. Ulro istum a
me. TY. ain?, verhero,

20 Me rabiosum? atque infectatum esse hastis meum
memoras patrem?

Et eum morbum mihi esse, ut qui me opus sit inspu-
tarier?

HE. Ne verere! multos iste morbus homines macerat,
MSS. atque Quibus inspuntari saluti suit. TY. atque Aliis profuit.
iis profuit, AR. Quid tu autem, etiam huic credis? HE. quid

ego credam huic? AR. insanum esse me.

25 TY. Viden' tu hunc, quam inimico voltu intuetur?
concedi optimum est.

Hegio, fit quod tibi ego dixi: gliscit rabies. caue tibi.

HE. Credidi esse insanum extemplo, vti te appellauit
Tyndarum,

TY. Quin suum ipse interdum ignorat nomen, neque
scit qui fieri.

HE. At etiam te suum sodalem esse aiebat, TY. haud
vidi magis,

30 Et quidem Alcmaeo atque Orestes et Lycurgus postea
Vna opera mihi sunt sodales, qua ille. AR. at etiam,
furcifer,

Male mihi loqui audes? non ego te noui? HE. pol
planum id quidem est

Non nouisse, qui istunc appelles Tyndarum pro
Philocrate,

Quem vides, eum ignoras; illum nominas, quem
non vides.

35 AR. Imo iste cum fese ait, qui non est, esse; et
qui vere est, negat.

TY. Tu enim repertus, Philocratem qui superes veri-
tatio!

AR.

AR. Pol, ego ut rem video, tu inuentus, vera vanitudo

Qui conuincas, sed quaeſo, hec agendum adspice
ad me. TY. hem. AR. dic modo,
Te negas Tyndarum esse? TY. nego inquam. AR.

40 TY. Ego inquam. AS. tunc huic credis? HE. plus
quidem, quam tibi aut mihi.

Nam ille quidem, quem tu hunc memoras esse, ho-
die hinc abiit Alidem

Ad patrem hujus. AR. quem patrem, qui seruus est?
TY. et tu quidem

Seruus et liber fuisti, et ego me confido fore;
Si hujus hoc reconciliatio in libertatem filium.

45 AR. Quid ais, furcifer? tun' te gnatum memoras
liberum?

TY. Non equeſdem me Liberum, sed Philocratem esse
aio, AR. quid est?

Douz. Hegioni huic
iſte.
MSS. Pall.
praefer eum
quisquam ei.

Vt ſcelestus, Hegio, nunc is te ludos facit!

Nam is est seruus ipſe, neque praeter ſe inquam ei
seruus fuit.

TY. Quia tute ipſe eges in patria, nec tibi, qui viuas,
domi eſt,

50 Omneſ inueniri ſimiles tibi viſ. non mirum facis.
EST MISERORVM, ut malevolentes ſint atque in-
vident bonis.

AR. Hegio vide ſis, ne quid tu huic temere inſiſtas
credere.

Sciopp. de- Atque vt perſpicio, profecto jam aliiquid pugnae
dit. edidit.

Filiū tuū quod redimere ſe ait, id neutiquam mihi placet.

55 TY Scio te id nolle fieri: efficiam tamen ego id, si
Di adiuuent.

Illum reſtituam huic, hic autem in Alidem me meo
patri.

Propterea ad patrem hinc amisi Tyndarum. AR. quin
tute is es:

Neque praeter te in Alide villus seruus istoe nomine est.
TY. Pergin' seruom me exprobrare esse, id quod vi
 hostili obtigit?

60 AR. Enimuero iam nequeo contineri. **TY.** heus
 audin' quid ait? quin fugis?
 Iam illic hic nos infestabit lapidibus. nisi illum iubes
Comprehendi. **AR.** crucior. **TY.** ardent oculi: fune
 opu'lt, Hegio.

Viden' tu illi maculari corpus tortum maculis luridis?
Atra bilis agitat hominem. **AR.** at pol te, si hic sa-
 piat senex,

65 **Atra** pix agitet apud carnificem, tuoque capiti illuceat.
TY. Iam deliramenta loquitur; laruae stimulatur virum.
HE. Quid? quid si hunc comprehendendi jusserim? **TY.**
 sapias magis.
AR. Crucior lapidem non habere me, vt illi mastigiae
 Cerebrum excutiam, qui me insanum verbis concin-
 nat fuis.

70 TY. Audin' lapidem quaeritare? **AR.** folus te solum
 volo,

Hegio. **HE.** istinc loquere, si quid vis; procul tamen
 audiam.

TY. Namque edepol si adibites propius, os denasabit
 tibi

Quid. **MSS.** **Mordicus.** **AR.** neque pol me insanum, **Hegio,** esse cre-
 duis,
 mordicibus.

Neque fuisse vñquam, neque esse morbum quem istic
 autunat.

75 Verum si quid metuis a me, jube me vinciri; volo,
 Dum istic itidemvinciatur. **TY.** imo enim vero, **Hegio,**
 Ister, qui volt, vinciatur. **AR.** tace modo: ego te,
 Philocrates

False, faciam, vt verus hodie reperiare Tyndarus.
 Quid mi abnutas? **TY.** tibi ego abnuto? quid agat,
 si absis longius?

80 HE. Quid aisi? quid si aedam hunc insanum! **TY.** nu-
 gas ludificabitur.

Lamb. que. **Garriet** quod neque pes vñquam, neque caput compareat.
 Orna-

Ornamenta absunt: Aiacem, hunc cum vides, ipsum
vides.

HE. Nihili facio, tamen adibo, TY. nunc ego omini-
no occidi,

Nunc ego INTER sacrum saxumque sto: nec, quid-
faciam, scio.

85 **HE.** Do tibi operam, Aristophontes, si quid est;
quod me velis.

AR. Ex me audibis vera, que nunc falsa opinare,
Hegio.

Sed hoc primum me expurgare tibi volo, me insaniam
Neque tenere, neque mi esse ullum morbum, nisi
quod seruo,

At ita me rex deorum atque hominum faxit patrias
compotem,

90 Ut istic Philocrates non magis est, quam aut ego,
aut tu. HE. eho! dic mihi,

Quis igitur ille est? AR. quem dudum dixi a princi-
pio tibi.

Hoc si fecus reperies, nullam causam dico, quin mihi
Et parentum et libertatis apud te deliquio fiet.

HE. Quid tu ais? TY. me tuum esse serum, et te
meum herum. HE. haud istuc rogo.

95 Fui' liber? TY. fui. AR. euimero non fuit, nu-
gas agit.

TY. Qui tu scis? an tu fortasse fui' meae matri ob-
stetrix,

Qui id tam audacter dicere audes? AR. puerum te vi-
di puer.

TY. At ego te video major majorem, hem rursum tibi!
Meam rem non cures, si recte facias. num ego curo
tuam?

100 **HE.** Fui'ne huic pater Thesaurochrysonicochryslides?
AR. Non fuit neque ego istic nomen unquam audiui
ante hunc diem.

Lamb. quin
quiesce
tu
diereste.
Philocrati Theodoromedes fuit pater. TY. pereo probe.
Quin quiescis dierectum cor meum! i, ac suspende te.
Tu suffultas, ego miser vix asto praे formidine.

105 HE. Satin' istuc mihi exquisitum est fuisse hunc
seruum in Alide?

Neque esse hunc Philocratem? AR. tam satis, quam
nunquam hoc inuenies fecus.

Sed, vbi is nunc est? HE. vbi ego minime, atque
ipsius se volt maxime.

Tum igitur ego deruncinatus, deartuatus sum miser
Hujus scelesti technis; qui me, vt lubitum est, ducta-
uit dolis.

110 Sed vide sis. AR. quin exploratum dico et prouisum
hoc tibi

HE. Certon'? AR. quin nihil, inquam, inuenies magis
hoc certo certius.

Philocrates jam inde usque amicus fuit mihi a puer
puer.

HE. Sed qua facie est tuus sodalis Philocrates? AR.
dicam tibi:

Macilento ore, naso acuto, corpore albo, et oculis
nigris,

115 Subrufus aliquantum, crispus, cincinnatus. HE. con-
uenit.

TY. Ut quidem, hercle, in medium ego hodie pes-
sume processerim.

Vae illis virgis miseris, quae hodie in tergo morientur
meo

HE. Verba mihi data esse video. TY. quid cessatis
compedes

Currere ad me, meaque amplecti crura, vt vos cu-
stodiam?

120 HE. Satin' me illi hodie scelesti capti ceperunt dolo?
Illic seruum se assimulabat, hic se autem liberum.

Nucleum amisi, reliquit pigneri putamina.

Gulielm. Ita mihi stolido sursum vorsum os subletiere offuciis.
vorfutis os subl. Hic quidem me nunquam irridebit. Colaphe, Corda-
lio, Corax,

125 Ite istinc, atque efferte lora. LO. num lignatum
mittimur?

Actus

ACTVS TERTIVS.

SCENA QVINTA.

HEGIO, TYNDARVS, ARISTOPHONTES.

Iniciete huic manicas mastigiae.

TY. Quid hoc est negotii? quid ego deliqui? HE.
rogas?

Sator sarrorque scelerum, et messor maxime.

MSS. Lang. deebas. TY. Non occatorem dicere audebas prius?

5 Nam semper occant prius, quam sariunt rustici.

HE. At vt confidenter mihi contra astitit!

TY. Decet innocentem seruom atque innoxium

Confidentem esse, siuum apud herum potissimum.

HE. Astringe isti sultis vehementer manus,

Gisan. tu has 10 TY. Tuus sum, tuas quidem vel praecidi jube,
quid.

Sed quid negotii est, quanobrem succenses mihi?

HE. Quia me amans rem, quod in te uno fuit,

Tuis scelestis fallidicis fallaciis

Delacerauisti, dearrauistiisque opes,

15 Confecisti omnes res ac rationes meas,

Ita mi exemplisti Philoçratem fallaciis,

Illum esse seruom credidi, te liberum,

Ita vosmet aiebatis, itaque nomina

Inter vos permultaq; TY, fateor, omnia

20 Facta esse ita, vt tu dicis, et fallaciis.

Abiisse eum abs te, mea opera atque astutia:

An, obscurò hercile te, id nunc succenses mihi?

HE. At cum cruciatu maxumo id factum est tuo.

TY. DVMNE ob malefacta peream, parui aestimo

25 Si ego hic peribo, ast ille vt dixit, non redit:

At erit mihi hoc factum mortuo memorabile;

Meum herum captum ex seruiture, atque hostibus

Reducem fecisse liberum in patriam ad patrem,

Meumq; ie potius me caput periculo

30 Praeopauisse, quam is periret, ponere.

HE. Facito ergo vt Acherunti clueas gloria;

TY.

- Scal.** perbi-
tar. **TY.** QVI PER Virtutem perit, non interit.
HE. Quando ego te exemplis excruciaero pessumis,
Atque ob sutelas tuas te morti misero,
- MSS.** Pall. **35** Vel te interisse, vel perisse praedicent,
interdico **Dum** pereas, nihil interduo, dicait viuere.
TY. Pol si istuc faxis, haud sine poena feceris,
Si ille hue redibit, sicut confido affore.
- AR.** Pro di immortales! nunc ego teneo, nunc scie-
- 40** **40** Quid sit hoc negoti. meus sodalis Philocrates
In libertate est ad patrem, in patria. bene est:
Nec est quisquam mihi, aequem melius cui velim.
Sed hoc mihi aegre est, me huic dedisse operam ma-
- lam,
- Qui nunc propter me, meaque verba vincitus est.
- 45** **45** **HE.** Vetus te quicquam mihi hodie falsum proloquit?
TY. Vetus. **HE.** cur es ausus mentiri mihi?
TY. Quia vera obessent illi, quoi operam dabam;
Nunc falsa prosunt. **HE.** at tibi oberunt. **TY.** optu-
me est
- At herum seruauui, quem seruatum gaudeo:
- 50** **50** **Cui** me custodem addiderat herus major meus.
Sed malene id arbitrare factum? **HE.** pessume.
TY. At ego aio recte, qui abs te feorsum sentio.
Nam cogitatio, si quis hoc gnato tuo
- Tuus seruus faxit, qualem haberes gratiam?
- 55** **55** Emitteresne, necne, eum seruoin manu?
Effetne apud te is seruus acceptissimus?
- Pont.** ingra-
tus. **Responde.** **HE.** opinor. **TY.** cur ergo iratus mihi es?
HE. Quia illi fuisse, quam mihi, fidelior.
- TY.** Quid? tu vna nocte postulauisti et die,
- Merc.** nupe-
rum noui-
tium. **60** Recens caprum hominem, nuperum et nouitium,
Te perdocere, vt melius consularem tibi,
Quam illi, quicum yna puer aetatem exegeram?
- HE.** Ergo ab eo petito gratiam istam. ducite,
Vbi ponderosas, crassas capiat compedes,
- Non.** lapici-
darias **65** Inde ibis porro in latomias lapidarias
Ibi quoniam alii octonus lapides effodint,
Nisi cotidianus sesquicopus conserceris,

Sex-

Sexenteplago nomen indetur tibi.
 AR. Per deos atque homines ego te obtestor, Hegio.
 70 Ne tu istunc hominem perduis, HE. curabitur.
 Nam noctu neruo vincitus custodibitur,
 Interdius sub terra lapides eximet.
 Diu ego hunc cruciabo, non vno absoluam die.
 AR. Certumne est tibi istuc? HE. non moriri certius.
 75 Abducite istum astutum ad Hippolytum fabrum.
 Iubete huic crassis compedes impingier:
 Inde extra portam ad meum libertum Cordalium.
 In lapicidinas facite deductus fieri:
 Atque hunc ita velle, dicite, curarier,
 80 Ne qui deterius huic sit, quam qui pessime est.
 TY. Cur ego te inuitio me esse saluom postulem?
 Periculum vitae meae stat tuo periculo,
 POST MORTEM in morte nihil est, quod metuam,
 mali.

V. C. super-
uiuo.

ETSI peruiuo usque ad sumnam aetatem, tamera!
 85 Breue spacium est perferundi, quae minitas mihi.
 Vale atque salve: ersi aliter ut dicam, meres.
 Tu Aristophontes, de me ut meruisti, ita vale,
 Nam mihi propter te hoc obtigit. HE. abducite.
 TY. At vnum hoc quaequo, si huc rebit Philocrates,
 90 Ut mihi ejus facias conueniundi copiam.
 HE. Periuisti, nisi hunc jam e conspectu abducitis.
 TY. Vis haec quidem hercle est, et trahi et trudi
 simul.
 HE. Illic est abductus recta in phylaciam, ut dignus
 est.
 Ego illis capteiuis aliis documentum dabo,
 95 Ne tale quisquam facinus incipere audeat.
 Quod absque hoc esset, qui mihi hoc feci palam.
 Usque offrenatum suis me ductarent dolis.
 Nunc certum est nulli post haec quicquam credere.
 Satis sum semel deceptus, speravi miser
 100 Ex seruitute me exemisse filium.
 Ea spes elapsa est, perdidi vnum filium
 Puerum quadrimum, quem mihi seruos surpuit:
 Neque

Neque enim seruum unquam repperi, neque filium:
Major potitus hostium est, quod hoc est scelus!

Ios Quasi in orbitatem liberos produxerim

Sequere hac: reducam te ubi suisti. neminis
Misereri certum est, quia mei miseret neminem.

AR. Examspicui ex vincis, nunc intellego
Redauiscandum esse in catenas denuo.

A C T V S Q V A R T V S.

S C E N A P R I M A.

E R G A S I V S.

Juppiter supreme, seruas me, measque auges opes.
Maximas opimitates opiparasque offres mihi.
Laudem, lucrum, ludum, jocum, festiuitatem, farias,
Pompam, penum, potationes, saturitatem, gaudium;
5 Nec quoiquam homini supplicare nunc certum est
mihi:

Nam vel prodeesse amico possum, vel inimicum perdere.
Ita hic me amoenitate amoena amoenus oneravit dies,
Sine sacris hereditatem sum aptus effertissimum.

Nunc ad senem cursum capessam hunc Hegionem, cui
boni

10 Tantum affero, quantum ipse a Diis optat, atque
eriam amplius.

Nunc res certa est, eodem iacto ut comici serui so-
lent,

Coniiciam in collum pallium, primo ex me hanc rem
vt audiat.

Speroque me ob hunc nuncium aeternum adepturum
cibum.

Actus

ACTVS QVARTVS.

SCENA SECUNDA.

HEGIO, ERGASILVS.

Quanto in pectore hanc rem meo magis volute,
Tanto mihi aegritudo austior est in animo.

Ad illum modum sublitum os esse

Hodie mihi? neque id perspicere quiui?

5 **Q**uod cum scibitur, per urbem irridebor.

Cum extemplo ad forum aduenero, omnes loquentur:

Hic ille est senex ductus, quo verba data sunt,

Sed Ergasilus estne hic procul quem video?

Collecto quidem est pallio, quidnam acturu'st?

10 **E**R. Moue ab te moram, atque, Ergasile, age hanc
rem.

Eminor interminorque, ne quis mihi obstruerit obuiam;
Nisi qui sat diu vixisse sepe homo arbitrabitur.

Nam qui obstruerit, ore sister, HE, hic homo pugila-
tum incipit.

ER. Facere certum est, proinde ut omnes itinera insi-
stant sua,

15 **N**e quis in hac platea negoti conferat quicquam sui.
Nam mens est balista pugnus, cubitus catapulta est mihi,
Humerus aries, tum genu ad quemque iecero, ad ter-
ram dabo.

Dentilegos omnes mortales faciam, quemque offendero.

HE. Quae illaec eminatio est? nam nequeo mirari
satis.

20 **F**aciam ut ejus dici locique, meique semper
meninerit:

Qui mihi in cursu obstruerit, lasso vitae is extemplo
obstruerit suae.

Quid hic homo tantum incipissit facere cum tantis
minis?

ER. Prius edico, ne quis properet culpam capiatur
fugam.

Cor.

doctus.
Douz.

Contineat vos domi, prohibete a vobis viu meam.

25 HE. Mira edepol sunt, ni hic in ventrem sumpsit
confidentiam,

Vae misero illi, cuius cibo iste factus imperiosior.

Vest. furfuri qui alunt
fues, ER. Tum pictores serophipasci, qui alunt furfure fues
Quarum odore praeterire nemo pistrinum potest;

Eorum si quoiusquam seropham in publico conspexero,

Palm. ex 30 Ex ipsis dominis meis pugnis exculcabo furfures.

ipso abdomini- HE. Basilicas ediciones, arque imperiosas habet.
no. Satur homo est, habet profecto in ventre confidentiam.

ER. Tum pescatores, qui praebeant populo pisces foetidos,

Qui aduehuntur quadrupedanti crucianti canterio:

35 Quortum odos subbasilicanos omnes abigit in forum,

Eis ego ora uerberabo sirpiculis piscariis:

Ut sciant, alieno nafo quam exhibeant molestiam.

Tum lanii autem, qui concinnant liberis orbas oves,

Qui locant caedundos agnos, et duplam agnina dangu-

nunt,

40 Qui petroni nomen induunt verueci sectario:

Eum ego sijin via petronem publica conspexero,

Et petronem et dominum reddam mortales miserimos.

HE. Eugepe! ediciones aedilitias hic haber quidem:

Mirumque adeo est, ni hunc fecere sibi! Aeroli agora-

nomum.

45 ER. Non ego nunc Parasitus sum, sed regum rex

regalior:

S. L. porti- Tantus ventri commentatus meo adeit in porru cibus
cibus Sed ego cesso hunc Hegionem onerate laetitia senem?

MSS. Lang. qui homine. Qui homine adaeque nemo viuit fortunatior.

HE. Quae illaec est laetitia, quam illic luctus largi-

tur mihi?

50 ER. Heus, vbi estis? ecquis hoc aperit ostium?

HE. hic homo

Ad coenam recipit se ad me. ER. aperite hasce ambas

fores,

Prius-

Grut. pul-
tando assulta-
tim.

Priusquam pultando vel assulatim foribus exitium af-
fero.

HE. Perluber hunc hominem colloqui. Ergafile. ER.
Ergasilum qui vocat?

HE. Respice. ER. fortuna quod tibi nec facit, nec
facier,

55 Hoc me jubes, sed qui est? HE. respice ad me, He-
gio sum. ER, oh mihi!

Quantum est hominum optumorum optume, in tem-
pore aduenis.

HE. Nescio quem ad portum nactus es, vbi coenes,
eo fastidis.

ER. Cedo manum. HE. manum? ER. manum, in-
quam, cedo tuam actutum. HE. tene,

ER. Gaude. HE. quid ego gaudeam? ER. quia ego
impero. age gaudie modo.

60 HE. Pol moerores mi anteortunt gaudiis. ER. noli
irascier,

Iam ego ex corpore exigam omnes maculas moerorum
tibi.

Gaudie audacter. HE. gaudeo, et si nihil scio, quod
gaudeam.

ER. Bene facis. iube. HE. quid iubeam? ER. ignem
ingentem fieri.

HE. Ignem ingentem? ER. ita dico, magnus ut sit.
HE. quid? me, volvurie,

65 Tuā' causa aedeis incenitrum censes? ER. noli ira-
scier,

Iuben' an non iubes astirui aulas? patinas elui?

Laridum atque epulas foueri foculis feruentibus?

Alium pisces praestinatum abire? HE. hic vigilans
forniat.

HE. Scis bene esse, si sit unde. ER. pernam atque
ophthalmis,

70 Horaeum, scombrum et trigonum, et cerum, et mol-
lem caseum.

HE. Nominandi istorum tibi erit magis quam edundi
copia

Hic apud me, Ergasile. ER. mean¹ me causa hoc censes dicere?

HE. Nec nihil hodie, nec multo plus tu hic edes, ne frustra sis,

75 Proin' tu tui quotidiani vici ventrem ad me afferas.
ER. Quin ita faciam, ut te cupias facere sumptum,
essi ego veterum.

HE. Egone? ER. tute. HE. tum tu mi igitur herus
es. ER. imo bene volens.

Vin² te faciam fortunatum? HE. malum, quam miserum
quidem.

ER. Cedo manum. HE. hem manum. ER. Di te omnes
adiuant. HE. nihil sentio.

80 ER. Non enim es in fenticeto, eo non sentis. sed
iube

Vasa tibi pura apparari ad rem diuinam cito,
Scal. prope- Atque agnum afferri proprium, piuguem. HE cur?
re

ER. vt sacrificies.

HE. Cui deorum? ER. mihi hercle. nam ego tibi
nunc sum summus Iuppiter.

Idem ego sum salus, fortuna, lux, laetitia, gaudium.
35 Proinde tu deum huncce saturitate facias tranquillum tibi.

HE. Esurire mihi videre. ER. mihi quidem esurio, non
tibi.

HE. Tuo arbitratu facile patior. ER. credo, consuetus puer.

HE. Iuppiter te Dique perdant. ER. te, hercle, mihi
aequom est gratias

Agere ob nuncium: tantum ego nunc porto a portu
tibi boni.

90 Nunc tu mihi places. HE. abi stultus, sero post
tempus venis.

ER. Igitur olim si aduenissem, magis tu tum istuc
diceres.

Nunc hanc laetitiam accipe a me quam sero. nam filium
Tuum modo in portu Philopolemum viuom, saluom,
et sospitem

Vidi

Vidi in publica celoce, ibidemque illum adolescentum

95 Alium vna, et tuum Stalagmum seruom, qui aufugit domo,

Qui tibi surripuit quadrinum puerum filiolum tuum.
HE. Abi in malam rem: ludis me. ER. ita me amabit sancta saturitas,

Hegio, itaque suo me semper condecoret cognomine,
Ut ego vidi. HE. meum gnarum. ER. tuum gnatum
et Genium meum.

100 HE. Et captiuum illum Alidensem? ER. μά το
Απόλλων. HE. et fernolum

Meum Stalagmum, meum qui gnatum surripuit? ER.
η τὸς Κέρεας.

HE. Iam diu? ER. η τὸς Περιέστην. HE. venit?
ER. η τὸς Σιγίλλων.

HE. Certon? ER. η τὸς Φεστινῶν. HE. vide sis.
ER. η τὸς Αλάτηρον.

HE. Quid tu per barbaricas vrbes juras? ER. quia
enim item asperae
tos Sunt, ut tuum viictum autumabas esse. HE. vae
aetati tiae.

ER. Quippe quando mihi nihil credis, quod ego dico
sedulo.

Sed Stalagus quoius erat tunc nationis, cum hinc
abiit?

HE. Siculus, ER. at nunc Siculus non est: Boius est:
Boiam terit.

Liberorum quaerundorum causa, ei, credo, vxor data
est.

110 HE. Dic, bonanⁱ fide tu mihi istaec verba dixisti?
ER. bona.

HE. Di immortales, iterum gnatus video, si vera
autumas.

ER. An tu dubium habebis, etiam sancte iurem tibi?
Postremo, Hegio, si parua iuriurando est fides,

Vise ad portum. HE. facere certum est. tum intrus
cura quod opus est,

C 2 Sume,

115 Sume, polce, prome quiduis, te facio cellarium.
 ER. Nam hercle, nisi mantiscinatus probe ero, fusti
 pectito.

MSS. Samb. tibi dabo. HE. Aeternum tibi dapinabo viatum, si vera autumas,
 ER. Vnde id? HE. a me meoque gnato. ER. spon-
 den' tu istud? HE. spondeo.
 110 HE. Cura quam optume potes. ER. bene ambula
 et redambula.

A C T V S Q V A R T V S.

S C E N A T E R T I A.

E R G A S I L V S.

Ilic hinc abiit: mihi rem suminam creditit cibariam.

MSS. Lang. detruncabo Di immortales iam vt ego collos praetruncabo tergo-
 ribus!

Quanta pernis pestis veniet! quanta labes larido!

Quanta sumini absumento! quanta callo calamitas!

5 Quanta laniis laffitudo! quanta porcinariis!
 Nam si alia memorem quae ad ventris viatum condu-
 cunt, mora est.

Nunc ibo ad praefecturam, et jus dicam larido;

MSS. Lang. pernis auxi- Et quae pendeat indemnatae pernae, eis auxilium vt
 lium. feram.

A C T V S Q V A R T V S.

S C E N A Q V A R T A.

P V E R H E G I O N I S.

D iespiter te Dique, Ergasile, perdant et ventrem
 tuum,
 Parasitosque omnes, et qui posthac coenam Parasitis
 dabit,

Clades

Clades calamitasque, intemperies modo in nostram
aduenit domum.

Quasi lupus esuriens, metuine in me facerer impetum.
5 Nimisque, hercle, ego illum male formidabam: ita
fiendebat dentibus.

Adueniens deturbauit totum cum carne carnarium.

Turn. *tego-* Arripuit gladium, praetruncauit tribus tergoribus
ribus glandia.

Lamb, peco- *Aulus* salicisque omnes confregit. n.

Aulas, calicesque omnes consergit, nisi quae
les erant.

Cocum, percontabatur, possentne seriae feruescere.

10 Cellas refregit omnes intus, reclasitque armarium.

Afferuate istunc fultis serui; ego ibo ut

senem.

Dicam ut sibi penum aliud ornet, siquidem sese vti
volet.

Nam hic quidem ut adornat, aut jam nihil est aut
jam nihil erit.

ACTVS QVINTVS.

SCENA PRIMA.

HEGIO, PHILOPOLEMVS. PHIOCRAVES.

Ioui Diisque ago gratias merito magnas,
Quoniam te reducem tuo patri reddiderunt,
Quomque ex miseriis plurimis me exemerunt,
Quae adhuc te carens, dum hic fui, sustentabam:

5 Quomque hunc conspicio in porestate nostra,
Quomque haec reperta est fides firma nobis.
Satis jam dolui ex animo, et cura me satis
Et lacrimis maceraui. Hoc! satis jam audiui
Tuas aerumnas, ad portum mihi quas memorasti.
10 Hoc agamus. PHI. quid nunc, quoniam tecum ser-
uavi fidem.

Tibique hunc reducem in libertatem feci? HE. fecisti,
vt tibi,

Philocrates, nunquam referre gratiam possim satis,
Proinde ut tu promeritus de me et filio meo. PH.

immo potes,

Pater, et poteris, et ego potero; et Di eam potestatem
dabunt,

15 Ut beneficium bene merenti nostro merito muneres.
Sicut tu huic potes, pater mihi, facere merito maxime.

HE. Quid opus est verbis? lingua nulla est, qua ne-
gem quicquid roges,

PHI. Postulo abs te ut mihi illum reddas seruorum,
quem hic reliqueram

Pignus pro me, qui mihi melior, quam sibi semper
fuit:

20 Pro benefactis eius vti ei premium possim reddere.
HE. Quod benefecisti, referetur gratia, id quod po-

stulas,

Et id, et aliud, quod me orabis, impetrabis, atque te
Nolim succensere, quod ego iratus ei feci male.

PHI. Quid fecisti? HE. in lapidinac compeditum
condidi,

25 Vbi resciui mihi data esse verba. PHI. vae misero
mihi!

Propter meum caput labores homini euennisse optumo.

HE. At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis.

Gratis a me, vt sit liber, abducito. PHI. edepol, Hegio,

Facis benigne, sed quaeo, hominem vt jubeas arcessi,

HE. licet.

30 Vbi estis vos? ite adsum, Tyndarum huc arcessite;
Vos ite intro. interibi ego ex hac statua verberea volo
Erogitare, meo minore quid sit factum filio.

Vos lauate interibi. PH. sequere hae, Philocrates, me
intro, PHI. sequor.

ACTVS

ACTVS QVINTVS.

SCENA SECUNDA.

HEGIO, STALAGMVS.

Age tu illuc procede, bone vir, lepidum inancipium
meum.

ST. Quid me oportet facere, vbi tu talis vir falsum
autumas?

Fui ego bellus, lepidus, bonus vir nunquam, neque
frugi bonae,

Neque ero vñquam: ne tu spem ponas me bonae fru-
gi fore,

5 HE. Propedium vbi loci fortunae tuae sint, facile
intelligis.

Si eris verax, tua ex re facies, ex mala meliusculam.
Recta et vera loquere; sed neque vere, neque recte
adhuc

Fecisti vñquam. ST. quod ego fateor, credin' pudeat,
cum autumes?

HE. At ego faciam vt pudeat: nam in ruborem te
totum dabo.

10 ST. Eia credo; imperito plagas minitaris mihi.
Tandem ista aufer, dicque quid fers, vt feras hinc
quod peris.

HE. Satis facundus. sed jam fieri dictis compendium
volo.

ST. Ut vis fiat, HE. bene morigerus fuit puer: nunc
non decet.

Hoc agamus. iam animum aduorte, ac mihi quae di-
cam, edissere.

15 Si eris verax, tuis rebus feceris meliusculas.

ST. Nugae istae sunt, non me censes scire quid di-
gnus siem?

HE. At ea subterfugere potis es pauca, si non omnia.

ST. Pauca effugiam scio, nam multa euident, et me-
rito meo;

C 4

Quia

Quia et fugi, et tibi surripui filium, et eum vendidi.
 20 HE. Cui homini? ST. Theodoromedi in Alide Po-
 lyplutio
 Sex minis. HE. pro Di immortales! is quidem hujus
 est pater
 Philocratis. ST. quin melius noui, quam te, et vidi
 saepius.
 HE. Serua Iuppiter supreme et me et meum gnatum
 mihi.
 Philocrates, per tuum te ingenium obsecro, exi: te
 volo.

A C T V S Q V I N T V S.

S C E N A T E R T I A.

PHILOCRATES, HEGIO, STALAGMVS.

Hegio assum: si quid me vis, impera. HE. hic gna-
 tum meum
 Tuu patri ait se vendidisse sex minis in Alide.
 PH. Quam diu id factum est? ST. hic annus incipit
 viceimus.
 PH. Falsa memorat. ST. aut ego aut tu. nam tibi qua-
 drimulum
 5 Tuu parer peculiarem paruolum pueru dedit.
 PH. Quid erat ei nomen? si vera dicis, memora dum
 mihi.
 ST. Paegnium vocitatu: post vos indidistis Tyndaro.
 PH. Cur ego te non noui. ST. quia MOS EST obli-
 uisci hominibus,
 Neque nouisse, cuius nihil sit facienda gratia.
 10 PH. Dic mihi: ifne istuc fuit, quem vendidisti meo
 patri,
 ST. iftic.
 HE. viu erc.
 Diff. hujus
 filius Qui mihi peculiaris datus est, hujus filius?
 HE. Vivitne is homo? ST. argentum accepi, nihil
 curauit ceterum.
 HE.

- HE. Quid tu sis? PH. quin istic ipsu'st Tyndarus
tuus filius,
Ut quidem hic argumenta loquitur. nam is mecum a
puero puer
15 Bene pudiceque educatu'st usque ad adolescentiam.
HE. Et miser sum et fortunatus, si vos vera dicitis:
Eo miser sum, quia male illi feci, si gnatus meu'st.
Eheu! cur ego plus minusque feci, quam aequum
fuit!
Quod male feci, crucior modo, si infectum fieri
posset.
20 Sed ecum, incedit hue ornatus hand ex suis virtu-
tibus.

ACTVS QVINTVS.

SCENA QVARTA.

TYNDARVS, HEGIO, PHILOCRATES,
STALAGMVS.

- Vidi ego multa saepe pieta, quae Acherunti fierent
Crucimenti; verum enim uero nulla adaeque est Ache-
runs,
Atque ubi ego fui in lapicidinis. Illic ibi demum est
locus,
Vbi labore lassitudo omni'st exigunda ex corpore.
§ Nam ubi illo adueni, quasi patricii pueris aut mone-
dulae,
Aut anates, aut coturnices dantur, quicum lusitent:
Douz. qui
me delectem Itidem haec mihi aduenienti vppa, qui me delectet,
data est.
Sed herus ecum ante ostium, et herus alter ecum
ex Alide
Rediit. HE. salve exoptate gnate mi. TY. hem! quid,
gnate mi?
10 Attat, scio cur te patrem assimiles esse et me filium:

C 5

Quia

Quia mihi, item ut parentes, lucis das tuendae copiam.

PH. Salve Tyndare. TY. et tu, quoius causa hanc aerumnam exigo.

PH. At nunc liber in diuinas faxo venies, nam tibi Pater hic est; hic seruus, qui te huic hinc quadrimum surpuit,

15 Vendidit patri meo te sex minis, is te mihi Paruolum peculiarem paruolo pueru dedit.

MSS. Qu. adduximus. Illic indicium fecit, nam hunc ex Alide huc reducimus. TY. Quid, hujus filium? PH. intus eccum fratrem germanum tuum.

TY. Quid tu ais? adduxit? illum huius captiuum filium?

20 PH. Quin, inquam intus hic est. TY. fecisti edepol et reste et bene.

PH. Nunc tibi pater hic est: hic fur est tuus, qui paruom hinc abstulit.

TY. At ego hunc grandis grandem natu, ob furtum ad carnificem dabo.

PH. Meritus est. TY. ergo edepol meritam mercedem dabo.

Sed dic oro: Pater meus tune es? HE. ego sum, gnat te mi.

25 Nunc demum in memoriam redeo, cum mecum cogito,

Nunc edepol demum in memoriam regredior, audisse me

Quasi per nebula Hegionem patrem meum vecarier.

HE. Ego sum. PH. compedibus quaeſo ut tibi sit leuior filius,

Atque hic grauior seruus. HE. certum est principium id praeuorier.

30 Eamus intro, ut arceſtatur faber: ut iftas compedes Tibi adiama, huic dem. ST. cui peculi nihil est, reſte feceris.

CATER-

Ed. al.
GREX Alii.
RECI A-
TQR.

C A T E R V A.

SPECTATORES ad pudicos mores facta haec fabula
est.

Neque in hac subagitationes sunt, neque villa amatio,
Nec pueri suppositio, nec argenti circumductio:
Neque vbi amans adolescentis scortum liberet clam pa-
trem suum.

§ Huiusmodi paucas Poetae reperiunt Comoedias,
Vbi boni meliores fiant. Nunc vos, si vobis placet,
Et, si placuimus, neque odio fuiimus, signum hoc
mittite:
Qui pudicitiae esse voltis praemium, plausum date,

FINIS CAPTEIVORVM.

A V I T T O

et in die ersten sechs Lieder

der zweiten und dritten Reihe

die ersten vier Lieder der vierten Reihe

die ersten zwei Lieder der fünften Reihe

die ersten drei Lieder der sechsten Reihe

die ersten vier Lieder der siebten Reihe

die ersten drei Lieder der achten Reihe

die ersten vier Lieder der neunten Reihe

die ersten drei Lieder der zehnten Reihe

die ersten vier Lieder der elften Reihe

die ersten drei Lieder der zwölften Reihe

die ersten vier Lieder der dreizehnten Reihe

die ersten drei Lieder der vierzehnten Reihe

die ersten vier Lieder der fünfzehnten Reihe

die ersten drei Lieder der sechzehnten Reihe

die ersten vier Lieder der siebzehnten Reihe

die ersten drei Lieder der achtzehnten Reihe

die ersten vier Lieder der neunjehnten Reihe

die ersten drei Lieder der zwanzigsten Reihe

die ersten vier Lieder der zwanzinften Reihe

die ersten drei Lieder der zwanzigsten Reihe

die ersten vier Lieder der zwanzigsten Reihe

die ersten drei Lieder der zwanzigsten Reihe

die ersten vier Lieder der zwanzigsten Reihe

die ersten drei Lieder der zwanzigsten Reihe

die ersten vier Lieder der zwanzigsten Reihe

die ersten drei Lieder der zwanzigsten Reihe

die ersten vier Lieder der zwanzigsten Reihe

die ersten drei Lieder der zwanzigsten Reihe

die ersten vier Lieder der zwanzigsten Reihe

die ersten drei Lieder der zwanzigsten Reihe

die ersten vier Lieder der zwanzigsten Reihe

die ersten drei Lieder der zwanzigsten Reihe

die ersten vier Lieder der zwanzigsten Reihe

die ersten drei Lieder der zwanzigsten Reihe

die ersten vier Lieder der zwanzigsten Reihe

die ersten drei Lieder der zwanzigsten Reihe

die ersten vier Lieder der zwanzigsten Reihe

die ersten drei Lieder der zwanzigsten Reihe

die ersten vier Lieder der zwanzigsten Reihe

die ersten drei Lieder der zwanzigsten Reihe

die ersten vier Lieder der zwanzigsten Reihe

die ersten drei Lieder der zwanzigsten Reihe

die ersten vier Lieder der zwanzigsten Reihe

die ersten drei Lieder der zwanzigsten Reihe

die ersten vier Lieder der zwanzigsten Reihe

die ersten drei Lieder der zwanzigsten Reihe

MY MOVIE STAR SONGS

TRINVM MVS.

DRAMATIS PERSONAE.

Luxuria } Prologus.
Inopia }

Megaronidas } ienes.
Callicles

Lysiteles.

Phitio, pater *Lysitelis.*

Lesbonicus, filius *Charmidae.*

Stasimus, seruus.

Charmides, senex.

Sycophanta.

ARGVMENTVM

PRISCIANI.

Thesaurum abstrusum abiens peregre Charmides,
Remque omnem amico Callicli mandat suo,
Istoc absento male rem perdit filius.
Nam et aedis vendit: has mercatur Callicles,
Virgo indotata soror istius poscit:
Minus quo cum inuidia ei det dorem Callicles,
Mandat qui dicat aurum ferre se a patre.
Ut venit ad aedis, hunc deludit Charmides
Senex, vt rediit; quoius nubunt liberi.

PROLOGVS.

LVXVRIA ET INOPIA. *(Reflexus lyrics)*
Item Tunc haec haec
Item Tunc haec

Sequere me, mea gnata, vt munus fungaris tuum.
IN. Sequor; sed finem fore quem dicam, nescio.
LV. Adeft. hem, illae sunt aedes; i intro nunc iam.
Nunc, ne quis erret vostrum, paucis in viam
5 Deducam, si quidem operam dare premittis.
Nunc primum igitur, quae ego sum, et quae illa haec fiet,
Huc quae abiit intro, dicam, si animum aduorritis.
Primum mihi PLAVTVS nomen LVXVRIAE indidit;
Lamb. Tum mihi gnatam cflc voluit INOPIAM.
michi natam 10 Sed ea hic quid introierit impulsu meo,
hanc is elle Accipite, et date vacuas auris, dum eloquor.
voluit.

Ade.

Adolescens quidam est, qui in hisce habitat aedibus:
 Is rem paternam me adiurice perdidit.
 Quoniam ei, qui me alevet, nihil video esse reliqui,
 15 Dedi meam gnatam, quicum aetatem exigat.
 Sed de argumento ne exspectetis fabulae,
 Senes qui huc venient, hi rem vobis aperient.
 Haic nomen Graece est THESAVRO fabulae:
 Phileme scipit, Piaurus vertic barbare:
 20 Nomen TRINVMMO fecit. nunc hoc vos rogat,
 Ut licet possidere hanc nomen fabulam.
 Tantum est. valete, adeste cum silentio.

ACTVS PRIMVS.

SCENA PRIMA.

MEGARONIDES.

V. C. Me amicum **N**ae AMICVM CASTIGARE ob meritam noxiā,
 Immune est facinus; verum in aerate vrile
 Et conducibile. nam ego amicum hodie meum
 Concaſtigabo pro commerita noxia,
 5 Inuitus, nū me id inuiter ut faciam fides.
 Nam hic nimium morbus mores inuasit bonos,
 Ita plerique omnis iam sunt intermortui.
 Sed dum illi aegrotant, inrerim mores mali
 Quād herba irrigua succreuerunt vberrum.
 10 NEQUE QVICQVAM hic vile nunc est, niſi mores
 mali.
 Eorum licet iam messem metere maxumam,
 Niſioque hic pluris pauciorum gratiam
 Faciunt pars hominum, quam id, quod profit pluribns.
 Ita vincunt illud conducibile gratiae;
 15 Quae in rebus multis obſtant, odioſaeque sunt,
 Remoramus faciunt, rei priuatae et publicae.

ACTVS

ACTVS PRIMVS.

SCENA SECVNDA.

CALLICLES, MEGARONIDES.

Larem corona nostrum decorari volo.

Vxor, venerare: vt nobis haec habitatio

Bona, fausta, felix, fortunataque eueniat;

Teque vt quam primum possim, videam emortuam.

S ME. Hic ille est, senecta aetate qui factus est puer,
Qui admisit in se culpam castigabilem.

Aggrediar hominem. CA. cuius vox prope me sonat?

ME. Tui benevolentis, si ita es, vt ego volo:

Sin aliter es, inimici atque irati tibi

Io CA. O amice salue, atque aequalis; vt vales,

Megaronides? ME. et tu edepol salue, Gallicles,

Valen? valuitin? CA. valeo, et valui rectius.

ME. Quid agit tua vxor? vt valet? CA. plusquam ego
volo.

ME. Bene hercle est, illam tibi bene valere et viuere.

I5 CA. Credo hercle te gaudere, si quid mihi malis est.

ME. Omnibus amicis quod mihi est, cupio esse idem.

CA. Echo, tua vxor quid agit? ME. immortalis est.

Viuit viaturaque est. CA. bene hercle nuncias,

Deosque oro, vt vitae tuae superstes suppetat.

20 ME. Dum quidea hercle tecum nupta sit, sane velim.

CA. Vin' communtemus? tuam ego ducam, et tu meam,

Faxo haud tantillum dederis verborum mihi.

ME. Namque enim tu, credo, mihi imprudenti obrepseris.

CA. Nae tu hercle faxo haud scies quam rem egeris,

25 ME. Habeas, vt nauctus: NOTA MALA res, optuma'st.

Nam ego unc si ignorantiam capiam, quid agam, nesciam.

Edepol, PROINDE VT BENE viuitur, diu viuitur,

Sed hoc animum aduorte arque aufer redicularia.

Nam ego dedita opera huc ad te aduenio. CA. quid venis?

30 ME. Malis te vt verbis multis multum obiurgitem.

CA. Men? ME. num quis est hic alias praeter me atque te?

D

CA.

Acid. ut diu
viuitur, bene
v. aut, proin-
de bene, ut
diu v.

GA. Nemo est, ME. quid igitur rogitas, tene obiurgitem?

Nisi tute mihi me censes dictum male,

Nam si in te aegrotant artes antiquae tuae,

MSS. Sin 35 Sine immutare vis ingenium moribus,
inmutare Aut si demutant mores ingenium tuum,
Neque eos antiquos seruas, ast capras nouos,
Omnibus amicis morbum tu incutes grauem,
Ut te videre audireque aegroti sient.

40 CA. Qui in mentem venit tibi illaec dicta dicere?

ME. Quia OMNES BONOS BONASQAE accurare
addecer

Suspicionem et culpam ut ab se segregent.

CA. Non potest vtrumque fieri. ME. quapropter? CA.
rogas?

NE ADMITTAM culpam, ego meo sum promus pe-
tiori.

45 SVSPICIO EST in pectore aliena sita.

Nam nunc ego si te surripuisse suspicer,

Ioui coronam de capite, e Capitolio,

Quod in culmine astat summō; si id non feceris,

Atque id ramen mihi lubeat suspiciarier?

50 Qj tu id prohibere me potes, ne suspicer?

Sed istuc negotii scire cupio, quicquid est,

ME Habēn' tu amicum aut familiarem quempiam

Cui pectus lapiat? CA. edepol haud dicam dolo,

Sunt, quos scio esse amicos: sunt, quos suspicor;

55 Sunt, quorum ingenia atque animos non possunt
noscere.

Ad amici partem, an ad inimici perueniant.

Sed tu ex amicis certis mihi es certissimus.

Si quid scis me fecisse inscite aut improbe,

Si id me non accusas, tute ipse obiurgandus es,
ME. scio;

60 Et, si alia huc caussa ad te adueni, aequom postulas.

CA. Exspecto si quid dicas. ME. primum dum omnium,

Male dictitatur tibi volgo in sermonibus:

Turpilucrīcupidum: te vocant ciues tui;

Tum autem sunt alii, qui te volturium vocant;

- 65 Hofstene an ciues comedis, paruipendere.
 Haec cum audio in te dicier, excrucior miser.
 CA. Est, atque non est, mihi in manu, Megaronides,
 Quin dicant, non est: merito ut ne dicant, id est.
 ME. Fuitne hic tibi amicus Charmides? CA. est, et
 fuit.
- 70 Id ita esse ut credas, rem tibi auctorem dabo.
 Nam postquam hic ejus rem confregit filius,
 Viderque ipse ad paupertatem protractum esse se,
 Suamque filiam esse adulatam virginem,
 Simul ejus matrem, suamque vxorem mortuam?
- 75 Quoniam hinc iturus est ipse in Seleuciam,
 Mihi commendauit virginem gnatam suam,
 Et rem suam omnem, et illum corruptum filium,
 Haec, si mihi inimicus esset, credo, hanc crederet.
 NE. Qui tu adolescentem, quem esse corruptum vides,
- 80 Qui tuae mandatus est fidei et fiduciae,
 Quin eum restituas? quin ad frugem corrigas?
 Et rei operam dare te fuerat aliquanto aequius,
 Si qui probiore sacre possis, non vi
 In eandem tute accederes infamiam,
- 85 Malumque ut ejus cum tuo miseres male.
 CA. Quid feci? MI. quod homo negquam. CA. non
 istuc meum est.
 ME. Emistin' de adolescenti has aedes? quid taces?
 Vbi nunc tute habitas. CA. emi, atque argentum dedi
 Minas quadraginta adolescenti ipsi in manum
- 90 ME. Dediisti argentum? CA. factum: neque facti
 piget.
 Edepol fidei adolescentem mandatum malae.
 Dedistine hoc pacto ei gladium, qui se occideret?
- Ritter, quid
 sequius est
 95 Quid secus est, aut quid interest dare te in manus
 Argentum amanti homini adolescenti, animi impotis,
 Qui exaedificaret suam inclostam ignauiam?
 CA. Non ego illi argentum redderem? ME. non
 redderes:
 Neque de illo quicquam neque emeres, neque venderes;
 Nec, qui deterior esset, faceres copiam.
 Incociliastin' eum qui mandauit tibi?

- 100 Ille qui mandauit, eum exturbasti ex aedibus?
Edepol mandatum pulchre, et curatum probe!
1. Guil. Cre-
de huic rute.
Iam : suam
melius non
gesserat.
- 105 Credo huic tuté : suam jam melius rem gesserit.
CA. Subigis malefactis me tuis Megaronides,
Nouo modo adeo, vt quod meae cooncreditum est
- Ne enunciarem cuiquam, neu facere palam;
Vti mihi necesse sit jam id tibi concredere.
- MF. Mihi quod credideris, sumes, vbi posueris.
CA. Circumspice dum te, ne quis assit arbiter
- 110 Nobis : et quaeſo identidem circumspice.
- ME. Ausculto, si quid dicas. CA. si taceas, loquar,
Quoniam hinc est profectus peregre Charmides,
Thesaurum mihi demonstrauit in hisce aedibus,
Hic in conclusi quodam. Sed circumspice.
- 115 ME. Nemo eſt. CA. nummorum Philippeum ad
tria millia.
- Id solus folum, per amicitiam et per fidem,
Flens me obsecrauit, suo ne gnato crederem,
Neue cuiquam, unde ad eum id posset permanascere.
Nunc si ille huc saluus reuenit, reddam suum sibi:
- 120 Si quid eo fuerit, certo illius filiae,
Quae mihi mandata eſt, habeo doitem vnde dem,
Ut eam in ſe dignam conditionem collocem.
- ME. Pro di immortales, verbis paucis quam cito
Alium fecisti me! alias ad te veneram,
- 125 Sed vt occipilli, perge porro proloqui,
CA. Quid tibi ego dicam? qui illius sapientiam
Et meam fidelitatem et celata omnia
Paene ille ignaus funditus pellum dedit.
- ME. Qui dum? CA. quia rure dum sum ego vnde
sex dies,
- 130 Me absente atque inficiente, inconsultu meo,
Aedes venales hasce inscribit literis.
- ME. Adesuruit magis, et inhauit acrius
Lupus. Obſeruauit, dum dormitaret canes,
- Acid. voluit Gregem vniuersum voluit totum auertere.
ſecum auer-
tare.

- 135 CA. Fecisset edepol, ni haęe praeſenſiſſet canes.
 Sed nunc rogarē ego vicissim te volo,
 Quid fui officium meum me facere, face ſciam,
 Vtrum indicare me ei theſaurum aequum fuit,
 Aduorſum quam eius me obſeruaſſet pater;
- 140 An ego alium dominum paterer fieri hiſce aedibus?
 Qui emiſſet, eius eſſerne ea pecunia?
 Emi egomer potius aedis, argentoſum dedi
 Thesauſi cauſa, vt ſaluum amico traderem.
 Neque adeo haſce emi mihi, nec viſuræ meæ:
- 145 Illi redemi rurſum. a me argentoſum dedi,
 Haec ſunt, ſeu reſte, ſeu peruore facta ſunt:
 Egomer feciſſe conſiteor, Megaronides,
 Hem mea malefacta, hem meam auaritiam tibi.
 Hascine me propter res maledicta diſſerunt?
- 150 ME. Pauſa: viſisti caſtigatorem tuum:
 Occluſti lingua: nihil eſt qui reſpondeam.
 CA. Nunc ego te quaefo, vt me opeра et conſilio
 iuues,
1. Gul. Com-
munitesque
hanc. Communicesque hanc mecum meam prouinciam.
 ME. Polliceor operam. CA. ergo vbi eris paulo poſt?
 ME. domi
- 155 CA. Nunquid viſ? ME. cures tuam fidem. CA. fit
 ſedulo.
- ME. Sed quid aīſ? CA. quid viſ? ME. vbi nuue ado-
 leſcens habet?
- CA. Poſticulum hoc recepit, cum aedis vendidit.
- ME. Iſtuc volebam ſcire iſane nunc iam.
 Sed quid aīſ? CA. quid? ME. nunc virgo nempe apud
 te eſt. CA. ita, eſt:
- 160 Iuxtaque eām euro cum mea ME. reſte facis.
- GA. Num, priusquam abeo, me rogarurus? ME. vale.
 Nihil eſt profecto ſtultius, neque ſtolidius,
 Neque mendacioſius, neque argutum magis,
 Neque conſidentioſius, neque periurius,
- 165 Quam urbani aſſidui ciues, quas ſeurras vocant.
 Atque egomet me adeo cum illis vna ibideſ traho,
 Qui illorum verbiſ faliſ accepitor fui:

- Qui omnia se simulant scire, nec quicquam sciunt.
 Quod quisque in animo habet, aut habiturus est, sciunt.
- 170 Sciunt id, quod in aurem rex reginae dixerit:
 Sciunt, quod Iuno fabulata est cum Iove;]
 Quae neque futura, neque facta sunt, tamen illi sciunt,
 Falso' an vero laudent, culpent, quem velint,
 Non flocci faciunt: dum illud, quod iubat, sciunt.
- 175 Omnes mortales hunc aiebant Calliclem:
- I. Gul. Indignum ciuitate hae esse et vivere,
 Bonis qui hunc adolescentem euortisset suis.
 Ego de eorum verbis famigeratorum inscius,
 Proslui amicum castigatum innoxium.
- 180 Quod si exquiratur usque ab stirpe auctoritas,
 Vnde quicquid auditum dicant, nisi id appareat,
 Famigeratori res sit cum damno et malo
 Hoc ita si sit, publico sit bono.
- Pauci sine faxim, qui sciunt, quod nefsciunt;
- 185 Occlusoremque habeant stultiloquentiam,

ACTVS SECUNDVS.

SCENA PRIMA.

LYSITELES.

Multas res simili in meo corde vors, multum in cogitando
 Dolorem indipiscor: ego met me concoquo et macero et deficio.

Lip^s hic est. Magister mihi exercitor animus hinc est. Sed hoc non liquet,

Nec satis cogitatum est, viram potius harum mihi artem experessam,

§ Viram aetati agundae arbitrer firmorem: amorin me, an rei

eb-

Obsequi potius par siet: vtra in parte plus voluptatis
fit virtae,

Ad aetatem agundam. de hac re mihi satis haud liquet;
nisi hoc

Sic faciam opinor: vtramque rem simul exputem: ju-
dex sim,

Reusqne ad eam rem, ita faciam! ita placet! omnium
primum

10 AMORIS ARTES ELOQVAR, quemadmodum expe-
diant. NVNQVAM

AMOR QVENQVAM nisi cupidum hominem postulat
se in plágas

Coniicere: eos cupit, eos conjectatur, subdole blan-
ditur: ab re

Consulit blandiloquentulus, harpago, mendax cup-
pes, avarus;

Elegans, despöliator, latebricolarum hominum corruptor,
15 Blandus, inops, celati indagator, nam qui ab eo quod

amar,

Quam exemplo fauiss sagittatis percussus est, illico
res foras

Rec. fodes. Labitur, liquitur. Da mihi hoc, mel meum, si me
amas, si audes,

Ibi ille cuculus: Ocella mi, fiat! et istuc, et si am-
plius vis dari,

Dabitur! ibi illa pendentem ferit; iam amplius orat,
non sat

20 Id est mali, nisi amplius etiam, quod ebit, quod
comest,

Quod facit sumpti, nox datur? ducitur familia tota;
Vestispiae, vñctor, auri cultos, flabeliferae, sanda-
ligerulae

Cantrices, cistellatrices, nuncii, renunci, raptore
panis et peni.

Fit ipse, dum illis comis est, inops amator. haec ego
cum ago

25 Cum meo animo, et recolo, ubi qui eger, quam pre-
tii sit parui; apage te,

D 4

Amer

Amor: non places: nihil te vtor: quanquam ILLVD
EST DVLCE, esse et bibere.

AMOR AMARA DAT tibi satis, quod aegre sit fugit
forum, fugat tuos

Cognatos, fugar ipse se a suo contuitu,

Neque enim eum sibi amicum volunt dici.

MILLE modis amor ignorandu'st:

30 Procul adhibendus est atque abstinendus. nam QVI
IN AMOREM

PRAECIPITAVIT, peius perit, quam si Saxo saliat.
apage sis amor

Tuas res tibi habe! amor, mihi amicus ne fuas vnquam.
sunt tamen

Quos miseros, maleque habeas, quos tibi obnoxios
fecisti.

Certum'st ad frugem applicare animum: quanquam
ibi animo

35 Labos grandis capitur, boni sibi haec expetunt, rem,
fidem, honorem,

Gloriam et gratiam, hoc probis pretium ?st: eo mihi
magis lubet

Cum probis potius, quam cum improbis viuere va-
nidicis,

ACTVS SECUNDVS.

SCENA SECUNDA.

PHILTO, LYSITELES.

Quo illic homo foras se penetravit ex aedibus. LY.
pater, assūm.

Impera quod vis; neque tibi ero in mora, neque la-
tebrose me abs tuo

Conspictu occultabo. PH. feceris par tuis ceteris
factis, patrem

Tuum

Tuum si percoleas. per pietatem! nolo ego cum im-
probis te viris

5 Gnate mi, neque in via, neque in foro ullum sermo-
nem exsequi.

NOVI EGO HOC seculum, moribus quibus sit. malus
bonum malum

Esse volt, ut sit sui similis, turbant, miscent mores mali,
rapax,

Avarus, inuidus; sacrum profanum, publicum
privatum habent.

Huiusca gens. haec ego doleo: haec sunt quae me ex-
cruciant.

10 Haec dies noctesque tibi canto, ut caueas. quod ma-
nu non queunt.

Tangere, tantum fas habent, quo manus abstineant:

Cetera rape, trahe, fuge, late. Lacrumas haec mihi,
cum video,

Eliciunt, quia ego ad hoc genus hominum durauit.
quin prius

Me ad plures penetraui? nam HI MORES MAIORVM
Thomson.his laudant:

ergo tu arti- 15 Eosdem lutulant quos collaudant, hisce ego te arti-
bus gratiam bus gratiam fac.

Facio, neu colas, neu imbuas ingenium. meo modo
et moribus vivito

Antiquis quae ego tibi praecipio, ea facito. nihil ego istos

Cam. facetos Moror iuruos mores et turbidos, quibus boni dede-
mores. corant se.

Haec tibi, si mea imperia capesses, multa bona in pe-
ctore confident.

20 LY. Semper ego usque ad hanc aetatem ab ineunte
adolescentia,

Tuis seruini seruitutem imperis et praecptis, parer.
Pro ingenio, ego me liberum esse ratus sum; pro im-

perio, tuum.

Meum animum tibi seruitutem seruire, aequum censui.

PH. Qui homo cum animo inde ab ineunte aetate de-
pugnat suo,

25 Verum is itane esse muelit, vt eum animus aequor
censeat:

An ita potius, vt parentes cum esse et cognati velint.
Si animus hominem perpulit, actum est: animo ser-
tibit, non sibi;

Lamb. percu-
lit Sin ipse animum perpulit: dum viuit, vicit vicio-
rum cluer.

TV SI ANIMVM VICISTI, potius quam animus te,
est quod gaudcas.

30 NIMIO SATIVS est, vt opu'st, te ira esse, quam
vt animo luet.

QVI animum vincunt, quam quos animus, semper
probiores cluent.

LY. Istaec ego mihi semper habui aetari tegumentum
miae,

Ne penetrarem me vsquam, vbi esset damni concilia-
bulum,

Ne noctu irem obambulatum, neu suum adimerem
alteri.

35 Neu tibi aegritudinem, pater, parerem, pari sedulo.
Sarra testa tua praecepta vsque habui mea modestia.

PH. Quid exprobrias? bene quod fecisti, tibi fecisti,
non mihi.

Mihi quidem aetas acta est ferme, tua istuc referat
maxime.

IS PROBVS EST, quem non poenitet, quam probus
sit et frugi bonae,

40 Qui ipsis sibi satis placet, nec probus est, nec frugi
bonae.

BENEFACTA benefactis aliis pertegito, ne perpluant.

QVI IPSVS SE contempnit, in eo est indoles industriae.

LY. Ob eam rem haec, pater, autumnavi; quia res

quaedam'st, quam volo
Ego me abs te exorare. PH. quid id est? veniam
iam dare gelatio.

45 LY. Adolescenti huic genere summo, amico atque
aequali meo.

Minus qui caute et cogitate suam rem tractauit, pater,

Bene

Bene volo ego illi facere, si tu non neuis. PH. nem
pe re tuo.

LY. De meo: nam quod tuum'st, meum'st. omne meum
est autem tuum.

PH. Quid is, egerne? LY. eget, PH. habuitne rem?

LY. habuit. PH. qui eam perdidit?

go Publicisne affinis fuit, an maritumis negotis?

Mercaturamne, an venales habuit, vbi rem perdidit?

LY. Nihil ilorum. PH. quid igitur? LY. per comita
rem edepol, pater.

Praeterea aliquantum animi caussi in deliciis disperdidit.

PH. Edepol hominem praedicatum ferme familiariter.

55 Qui quidem nusquam per virtutem rem confregit,
atque eger,

Nihil moror eum tibi esse amicum cum eiusmodi vir-
tutibus.

LY. Quia sine omni malitia est, tolerare egestatem
eius volo.

PH. DE MENDICO male meretur, qui ei dat quod
edit, aut quod bibat.

Nam et illud quod dat, perdit, et illi producit vitium
ad miseriam.

60 Non eo hoc dico, quin quae tu vis, ego velim, et
faciam iubens:

Sed ego hoc verbum cum illi cuidam dico, praemon-
stro tibi,

VT ITA TE aliorum miserescat, ne tui alios misereat.

LY. Deserere illum, et deitumare in rebus aduersis pudet.

PH. Pol PVDERE QVAM pigere praefat, totidem
literis,

65 LY. Edepol Deum virtute dicam, pater, et maiorum,
et tua,

Multa bona bene parva habemus. BENE SI amico fe-
ceris,

Ne pigeat fecisse: vt potius pudeant, si non feceris.

PH. De magnis diuitiis si quid demas, plus fit, an
minus?

LY. Minus, pater. Sed CIVI IMMVNIFICO SCIS
quid cantari solet?

70 Quod habes, ne habeas: et illud quod nunc non
habes, habeas malum:

Quandoquidem nec tibi bene esse potes pati, nec
alteri.

PH. Scio equidem istuc ira solere fieri, verum, gnate mi,
IS EST IMMVNIS, cui nihil est, qui munus funga-
tur suum,

LY. Deum virtute habemus, et qui nosmet vtamur,
pater,

75 Et aliis qui comitati simus benevolentibus.

PH. Non edepol tibi pernegare possum quicquam quod
velis.

Cuius egestatem tolerare vis? loquere audacter ratri.

LY. Lesbonico huic adolescenti, Charmidae filio,
Qui illic habitat. PH. qui comedit quod fuit, quod
non fuit?

80 LY. Ne opprobra, pater. MVLTA EVENIVNT ho-
mini, quae volt, quae neuolt.

PH. Age dum, eloquere, quid dare illi nunc vis. LY.
nihil quicquam, pater.

SAPIENTIAE AETAS condimentum'lt: SAPIENS ae-
tati cibus est.

PH. Mentire, edepol, gnate: atque id nunc facis hand
consueruditne.

Nam SAPIENS quidem pol ipse fingit fortunam sibi.
85 Eone multa quae neuolt eueniunt, nisi factur malus
fiet.

Multa est opera opus facturae, qui se factorem probum
Vitae agendae esse expetit. LY. sed hic admodum ado-
lescentulus.

PH. NON AETATE, verum ingenio adipiscitur sa-
pientia.

LY. Tu modo ne me prohibeas accipere, si quid der
michi.

90 PH. An eo egestatem eius tolerabis, si quid ab illo
aceperis?

LY. Eo, pater. PH. pol, ego istam volo me rationem
edoceas. LY. licet.

Scin'

Scin' tu illum, quo genere gnatus sit? PH. Scio, ap-
prime probo.

LY. Soror illi est adulta virgo grandis: eam cupio, pater,
Ducere vxorem. PH. sine dote? LY. sine dote. PH.
vxorem? LY. ita.

95 Tua re salua, hoc pacto ab illo inibis sumnam gra-
tiam:

Neque commodius villo pacto ei poteris auxiliarier.
PH. Egone indotatum te vxorem ut patiar? LY. pa-
tiendum est, pater:

Et eo pacto addideris nostrae lepidam famam familiae.
PH. Multa ego possum docta dicta, et quamvis facun-

de loqui:
100 Historiam veterem atque antiquam haec mea sene-
tus sustinet:

101. Verum ego quando te et amicitiam et gratiam in
nostra domum

Acid. et si ad-
uersatus tibi
fui istus fe-
dulo. Video allicere, et si aduersatus tibi fui, istac iudico.
Tibi permitto, posce, duce. LY. di te seruassint mihi.
Sed adde ad istam gratiam vnum. PH. quid id est

aurem vnum? LY. eloquar.

205 Tute ad eum aedes, tute concilie, tute poscas. PH.
eccere.

LY. Nimio citius transiges: firmum omne erit, quod
tu egeris.

Grauius erit tuum vnum verbum ad eam rem, quam
centum mea.

PH. Ecce autem in benignitate hoc repperi negotiuni.
Dabitur opera. LY. lepidus viuis, haesunt aedes: hic
habet.

110 Lesbonico est nomen; age, rem' cura: ego te op-
periar domi.

ACTVS SECUNDVS.

SCENA TERTIA.

PHILTO.

Non optima haec sunt, neque ut ego aequom censeo:
Verum meliora sunt, quam quae deterrima.
Sed

Sed hoc vnum consolatur me atque animum meum,
 Quia QVI NIHIL ALIVD, nisi quod sibi soli placet.
 5 Consulit aduersum filium, nugas agit:
 Miser ex animo fit: fastius nihilo facit.
 Suas senectutiis acriorem hvenem parat,
 Cum illanc importunam tempestatem conciet.
 Sed aperiuntur aedes, quo ibam: commode
 10 Ipse exit Lesbonicus cum seruo foras,

A C T V S S E C V N D T S.

S C E N A Q V A R T A.

LESBONICVS. STASIMVS. PHILTO.

Minus quindecim dies sunt, cum pro hisce aedibus
 Minas quadraginta accepisti a Calliele.
 Estne hoc quod dico, Stasime? ST. cum considero,
 Meminisse videor fieri, FE. quid factum est eo?
 5 ST. Comesum, expotum, exutum, elorum in balineis.
 Piscator, pistor abstulit, lani, coqu,
 Oliores, myropolae, aescupes, confit cito,
 Quam si tu obiliias formicis papauerem.
 LE. Minus hercle in hisce rebus sumptuum est sex minis.
 10 ST. Quid, quod dedisti scortis? LE. ibidem una traho.
 ST. Quid, quod ego defraudavi. LE. hem ista ratio
 maxima est.
 Pont. si sum-
 mes, potest
 ST. Non tibi illud apparere; si sumas, potest:
 Niſi tu immortale rere esse argentum tibi.
 Seru arque stulte, prius quod cautum oportuit.
 15 postquam comedit rem, post rationem putat.
 LE. Nequaquam argenti ratio comparet tamen.
 ST. Ratio quidem hercle appetit. argentum ~~ex te~~
 Minas quadraginta accepisti a Calliele,
 Et ille aedis abs te accepit mancipio. LE. admodum.
 20 PH. Pol, opinor, affinis noster aedes vendidi.
 Pater cum peregre veniet in porta est locus:
 Niſi forte in ventrem filio correperit.
 ST. Trapezitae mille drachumarum Olympicum,

Quas

Quas de ratione debuisti, redditae.

25 LE. Nempe quas spopondi ST. imo, quas dependi, inquit.

Scaliger et
Causab. Qua
sponiones.

Quas sponsione pronuper tu exactus es
Pro illo adolescentem, quem tu siebas esse diutinem.
LE. Factum, ST. ut quidem illud perierit. LE. factum
id quoque est.

Nam nunc eum vidi miserum et me eius miseritum'ft.

30 ST. Miseret te aliorum, tui te nec miserebit, nec pudet.

PH. Tempus adeundi est. LE. estne hic Philto, qui aduenit?
Is hercle est ipius, ST. edepol, nac ego istum velim
Meum fieri seruum cum suo peculio.

PH. Herum atque fernum plurimum Philto inbet

35 Saluere, Lesbonicum. et Stafinum. LE. Di d. int
Tibi, Philto, quacunque optes. quid agit filius?

PH. Bene volt tibi. LE. edepol mutuom mecum facit.

ST. Nequam illud verbum'ft Bene volt, nisi qui
bena facit,

Ego quoque volo esse liber; nequicquam volo:

40 Hic postuler frugi esse, nugas postulet.

PH. Meus gnatus ine ad te misit, inter se atque vos

Affinitatem ut conciliarem et gratiam.

Tuam volt fororem ducere vxorem. et mihi

Sententia eadem'ft et volo. LE. hau! nosco tuum,

45 Bonis tuis rebus meas res irrides malas.

PH. Homo ego sum, homo tu es: ita me amabit Iupi-
piter!

Neque te derisum veni, neque dignum puto.

Verum hoc, ut dixi, meis me oravit filius,

Vt tuam fororem poscerem uxori em sibi.

50 LE. MEARVM RERVM me nouisse aequon'ft ordinem.

Cum vostris nostra non est aequa factio;

Affinitatem vobis alias quaerire.

ST. Satin' tu sanus mentis aut animi tui,

Qui conditionem hanc repudies? nam illum tibi

55 Farentarium esse amicun inuentum intelligo.

LE. Abin hinc dierecte? ST. si hercle, ire occipiam, veres.

LE. Nisi quid me aliud vis, Philto, respondi tibi,

PH.

PH. Benignorem, Lesbonice, te mihi,
Quam nunc experior esse, confido fore:

60 Nam et STVLTE FACERE, et stulte fabularier,
Vtrumque, Lesbonice, in aetate haud bonum' sit.

ST. Verum hercle hic dicit. LE. oculum ego effodiām
tibi,

Si verbum addideris, ST. hercle quin dicam tamen.
Nam si sic non licebit, Iuscos dixero.

65 PH. Ita tu nunc dicis non esse aequiparabiles
Vostras cum nostris factiones atque opes?

LE. Dico. PH. quid nunc, si in aedem ad coenam ve-
netis,

Pist. forte obuenerit. Atque ibi opulentus tibi par forte ut venerit,
Apposita sit coena, popularem quam vocant,
70 Si illi congestae sint epulae a clientibus,
Si quid tibi placeat, quod illi congestum fiet,
Edisne, an incoenatus cum opulento accubes!

LE. Edim, nisi ille vetet. ST. at pol ego, etiam si vetet,
Edim, atque ambabus malis expletus vorem:

75 Et quod illi placeat, praeripiā potissimum:
Neque illi concedam quicquam de vita mea.

VĒRECUNDARI NEMINEM apud mensam decet,
Nam ibi de diuinis arque humanis cernitur.

PH. Rem fabulare. ST. non tibi dicam dolo:

80 Decedam ego illi de via, de semita,
De honore populi: verum quod ad ventrem attinet,
Non hercle hoc longe, nisi me pugnis vicerit.

Coena hac annona est, sine sacris hereditas.

PH. SEMPER TV HOC facio, Lesbonice, cogites,
85 Id optimum esse, tute vii sis optinus:

Si id nequeas, saltem ut optimis sis proximus.

Nunc conditionem hanc, quam ego fero, et quam ab-
te peto,

Dare atque accipere, Lesbonice, te volo.

Dei diuites sunt, Deos decent opulentiae

90 Et factiones. verum NOS HOMVNCVLI

Turn. quam cum ext. SALILLVM ANIMAE qui cum cum extemplo amissimus
Aequo mendicus atque ille opulentissimus

Cen-

- Censetur, censu ad Acherontem mortuus.
 ST. Mirum, ni tu illuc tecum diutias feras,
 95 Vbi mortuus sis, ita sis ut nomen cluer.
 PH. Nunc ut scias hic faciones atque opes
 Non esse, neque nos tuam negligere gratiam,
 Sine dote posco tuam fororem filio.
 Quae res bene vortat! habeo' pactam? quid taces?
 100 ST. Pro di immortales conditionem quoiusmodi!
 PH. Quin fabulare, di bene vortant! spondeo.
 ST. Eheu, vbi usus nihil erat dicto, spondeo
 Dicebat: nunc hic, quom opus est, non quit dicere.
 LE. Cum affinitate vostra me arbitramini
 105 Dignum, habeo vobis, Philto, magnum gratiam.
 Sed et si hercle grauitter cecidit stultitia mea,
 Philto; est ager sub urbe hic nobis, eum dabo
 Dotem forori: nam is de stultitia mea
 Solus superfit praeter viram reliquus.
 110 PH. Profecto dotem nihil moror. LE. certam'st dare.
 ST. Notramne viis nutricem, here, quae nos educat,
 Abalienare a nobis? caue sis feceris.
 Quid edenius nosmet postea? LE. etiam tu taces?
 Tibi ego rationem reddam? ST. plene periiimus,
 115 Nisi quid ego comminiscor. Philto te volo.
 PH. Si quid vis, Stafimo? ST. hue concede aliquan-
 tum. Ph. Licet.
 ST. Arcano tibi ego hoc dico, ne ille ex te sciat,
 Neue alias quisquam. PH. crede audacter quid lubet.
 ST. Per Deos atque homines dico, ne tu illunc
 agrum
 120 Tuum sis vnquam fieri, neque gnati tui.
 Ei rei argumentum dicam. PH. audire edepol lubet.
 ST. Primun omnium olim terra cum proscinditur,
 In quinto quoque fulco moriuntur boves.
 PH. Apage! ST. Acherontis ostium in nostro'st agro.
 125 Tum vinum, priusquam coactum'it, pendet puti-
 dum.
 LE. Consuadat homini, credo, et si scelestus est;
 At mihi infidelis non est. ST. audi cetera.

Post id, frumenti quom alibi messis maxima'st,
Tribus tantis illi minus reddit, quam obseueris.

130 PH. Hem! istie oportet obseri mores malos,
Si in obserendo possint interfieri.

ST. Neque vnquam quisquam est, quoius ille ager
fuit,

Quin pessimum ei res vorterit, quoium fuit.

Allii exulatum abierunt, alii emortui,

135 Alli se suspendere, hem! nunc hic, cuius est,
Ut ad incitas redactus!, PH. apage a me istum agrum.

ST. Magis apage dicas, si omnia a me audieris.
Nam fulguratae sunt hic alternae arbores,

Sues moriuntur angina acerruine.

140 Ques scabrae sunt, tam glabrae, hem! quam haec est
manus.

Tum autem Syrorum, genus quod patientissimum est
Hominum, nemo extat, qui ibi sex menses vixerit;
Ita cuncti solstitiali morbo decidunt.

PH. Credo ego istuc, Stasime, ita esse: sed Campas
genus

145 Multo Syrorum jam antidicit patientia.

Sed iste est ager profecto, vt te audiui loqui,
Malos in quem omnes publice mitti decet.

Sicut fortunatorum memorant insulas,

Quo cuncti, qui aetatem egerunt caste suam,

150 Contueniant, contra istoc detrudi maleficos
Aequum videtur, qui quidem istius sit modi.

ST. Hospitium est calamitatis, quid verbis opus est?
Quamvis malam rem quaerens, illic reperias.

PH. At tu hercle et illi et alibi, ST. caste sis dixeris,

155 Me tibi dixisti hoc. PH. dixisti arcano satis.

ST. Quin hic quidem cupit illum ab se abalienarier;
Si quidem reperiiri posset, cuius os subliniat.

PH. Meus quidem hercle nunquam fieri. ST. si sapies
quidem.

Lepide hercle de agro ego hanc senim deterri:

160 Nam qui viuamus, nihil est, si illum amiserit.

PH. Redeo ad te, Lesbonice. LE. Hic fodes mihi,

Quid

Acid. si
quem repe-
tire.

Quid hic locutus tecum? PH. quid censes? homo' sit?

Volt fieri liber: verum, quod det, non habet.

LE. Et ego esse locuples, verum nequicquam volo.

165 ST. Licitum, si velles: nunc, quoniam nihil est,
non licet.

LE. Quid tecum, Stasime? ST. de istoc quod dixisti
modo,

Si antea voluisses, esses; nunc sero cupis.

PH. De dote mecum contenire nihil potes!

Quid tibi lubet, tute agiro cum nato meo.

170 Nunc tuam sororem filio posco meo.

Quae res bene vortat, quid nunc? etiam consulis.

LE. Quid istuc? quando ita vis, di bene vorrant?
spondeo.

PH. Nunquam edepol cuiquam tam exspectatus filius
Natus, quam est illud Spondeo natum mihi.

175 ST. Di fortunabunt vostra consilia! PH. ita volo.

LE. Sed, Stasime, abi hac ad meam sororem; ad
Calliclem:

Dic hoc negotii quomodo actum est. ST. ibitur.

LE. Et gratulator meae sorori. ST. scilicet.

PH. I hac, Lesbonice, mecum, vt coram nuptiis

180 Dies constituerat: eadem haec confirmabimus.

LE. Tu istuc cura quod iussi: ego iam hic ero.

Dic Callicle, me vt conueniat. ST. quin tu i modo!

LE. De dote vt videar, quid opus sit facto. ST. i
modo!

LE. Nam certum' sit me sine dote haud dare. ST. quin
tu i modo!

185 LE. Neque enim illi damno vnquam esse patiar. ST.
abi modo!

LE. Meam negligentiam, ST. i modo! LE. o pater!

Aequum viderit quin quod peccarim ST. i modo!

LE. Potissimum mihi id obfit. ST. i modo! LE. o
pater!

En vnquam aspiciam te? ST. i modo, i modo, i
modo!

190 Tandem impetravi abiret. Di vostram fidem,

=====

Edepol re gefta peflume geftam probe,
 Siquidem ager nobis falsoſ eft ! etſi admodum
 In ambiguo eſt etiam , nunc quid de hac re fuat.
 MSS. Sed id
 fi alienatur 195 Gelfandus peregre clypeus , galea, ſarcina:
 Effugiet ex urbe , vbi erunt factae nuptiae:
 Doux. Ibit
 istinc. Ibit iſtac aliquo in maxumam malam crucem
 Latrocinatum, aut in Asiam, aut in Ciliciam.
 Ibo huc , quo mihi imperatū'ſt , etſi odi hanc do-
 mum,
 200 Postquam exturbauit hic nos ex noſtris aedibus.

ACTVS TERTIVS.

SCENA PRIMA.

CALLICLES, STASIMVS

Quo modo tu iſtuc , Stasime , dixisti ? noſtrum heri-
 lem filium
 MSS. Cam. despondiſ- feſm
 Lesbonicum ſuam ſororem deſpoondiſſe ? ST. hoc
 modo.
 CA. Quoi homini deſpondit ? ST. Lyſiteli Philtonis
 filio,
 Sine dote. CA. ſine dote ille illam in tantas diuiſias
 dabit ?
 5 Non credibile dicis. ST. ad tu edepol nullus credunſ.
 Si hoc non crediſ. ego credidero. CA. quid ? ST.
 me nihil pendere.
 CA. Quamduđum iſtuc , aut vbi actum'ſt ? ST. illico
 hic ante oſtium.
 Tam modo, inquit Praeneſtinus. CA. tanton' in re
 perdiſa,
 Quam in re ſalua , Lesbonicus factus eſt frugalior ?
 10 ST. Atque equeſdem iſpus ultro venit Philo oratum
 filio.
 CA.

CA. Flagitium quidem hercle fiet, nisi dos dabitur
virgini.

Postremo edopol ego, istam rem ad me attinere intel-
ligo.

Ibo ad meum castigatorem, atque ab eo consilium pe-
tam.

ST. Propemodum quid illic festinet sentio, et subo-
let mihi.

15 Ut agro euortat Lesbonicum, quando euortit aedibus.
O here Charmide quam absente te hic tua res distra-
hitur tibi!

Vtiam te redisse saluom videam, vt inimicos tuos
Vlscicare, vt mihi, vt erga te fui et sum, referas gra-
tiam!

NIMIVM DIFFICILE' ST REPERIRI amicum, ita ut
nomen cluerit:

20 Cui tuam cum rem credideris, sine omni cura dor-
mias.

Sed generum nostrum ire eccillum video cum affini suo.
Nescio quid non satis inter eos conuenit, celeri gradu
Eunt vterque, ille reprehendit hunc priorem pallio.
Haud illi euscheme astiterunt, hoc aliquantum abs-
cessero.

25 Est lubido orationem audire duorum affinium.

ACTVS TERTIVS.

SCENA SECUNDA.

LYSITELES, LESBONICVS, STASIMVS

Sta illico, noli auorsari, neque te occultassis mihi.

LE. Potin vt me ire, quo profectus sum, finas? LS.

Si in rem tuam,

Lesbonice, esse videatur, gloriae aut famae, finam.

E 3

LE

LE. Quod est facillum, facis. LY. quid id est? LE.
amico iniuriam,
LY. Neque meum' sit, neque facere didici. LE. indo-
ctus quam doceo facis!
Quid faceres, si quis doctisset te, ut sic odio esses mihi?
Qui bene cum simulas facere mihi te, male facis, male
consulis.
LY. Egone? LE. tu nae. LY. quid male facio? LE.
quod ego nolo, id cum facis.
LY. Tuac rei bene consulere cupio. LE. tu mihi es
melior, quam egomet mihi?
Sat sapio, satis in rem quae sint meam ego conspi-
cio mihi.

Lamb. bene- LY. An id est sapere, ut qui beneficium benevolentie
ficium a be- repudies?
neuolente.
LE. NVLLVM BENEFICIVM esse duco id, quod,
qui facias, non placet.
Scio ego et sentio ipse quid agam, neque a me offi-
cium migrat;
Nec tuis depollor dictis, quin rumori seruiam.
LY. Quid ais? (nam retineri nequeo, quin dicam
ea quae promeres)
Itane tandem maiores famam tradiderunt tibi tui,
Ut virtute eorum anteparta per flagitium perderes?
Arque honori posterorum tuorum ut vindex fieres?
Tibi paterque ausisque facilem fecit et planam viam
Ad quaerendum honorem; tu fecisti ut difficilis foret
Culpa maxime et desidia, tuisque stultis moribus.
Praeoptauisti amorem tuum uti virtuti praegoneres.
Nunc te hoc pacto credis posse obtegere errata? ah!
non ita est.
Cape sis virtutem animo, et corde expelle desidiam tuo;
IN FORO OPERAM amicis da, haud in lecto ami-
cae, ut solitus es.
Atque ego istum agrum tibi relinquiri ob eam rem enixe
expeto:
Ut tibi sit, qui te corrigerem possis: ne omnino ino-
piam

Gives

Cives obiectare possint tibi, quos tu inimicos habes.

Vulg. istaec
quae dixisti. LE. Omnia ego istic quae dixisti scio, vel exsignauero:

30 Ut rem patriam et majorum gloriam foedarim meum.

SCIEBAM VT ESSE ME deceret; facere non qui-
bam miser,

Ita vi Veneris vinctus, otio captus in fraudem incidi:
Et tibi nunc, proinde ac merere, summas habeo gra-
tias.

LY. Al operam perire meam sic, et te haec dicta corde
spernere,

35 Perpeti nequeo: simul me piget parum pudere te.
Et postremo, NISI ME AVSCVLTAS, atque hoc vt
dico facis,

Tute pone te latebis facile, ne injuinierat te honor:
In occulto iacebis, cum te maxime clarum voles.
Pernoui equidem, Lesbonice, imperitum tuum inge-
nium admodum.

40 Scio te sponte non tuapte errasse, sed amorem tibi
Pectus obscurasse. atque ipse amoris teneo omnes vias.
ITA EST AMOR; balista ut iacitur: nihil sic celere
est, neque volat,

Atque is mores hominum moros et morosos efficit.
Minus placet, magis quod suaderet: quod dissuade-
tur, placet.

45 Cum inopia'st, cupias; quando eius copia'st, tum
non velis.

Ille qui aspellit, is compellit: ille qui consuaderet,
vetat.

INSANVM EST MALVM in hospitium deuorti ad
Cupidinem.

Sed te moneo, hoc etiam atque etiam vt reputes,
quid facere expetas.

Si istuc, ut conare, facis indicium, tuum incendes
genus.

50 Tum igitur tibi aqua erit cupidus, genus qui restin-
guas tuum.

Atque erit, si nactus, proinde vt corde amantes sunt
cati;

Ne scintillam quidem relinques, genus qui congregat
tuum.

LE. Facile est inuentu: DATVR IGNIS, tametsi ab
inimicis petas.

Sed tu obiurgans me a peccatis, rapis deteriorem in
viam.

55 Meam vis sororem tibi dem: suades sine dote. hoc
non conuenit;

Me, qui abusus sum tantam rem patruam, porro in
diuitiis

esse, agrumque habere: egere illam autem; vt me
merito oderit.

NVNQVAM ERIT alienis grauis, qui suis se concin-
nat leuem.

Sicut dixi, faciam: nolo te iactari diutius.

60 LY. Tanto melius te sororis caufa egestatem ex-
sequi,

Atque eum agrum me habere quam te, tua qui tole-
res moenia?

LE. Nolo ego mihi te tam prospicere, qui meam ege-
statem leues,

Sed vt inops infamis ne sim: ne mihi hanc famam
differant,

Me germanam meam sororem in concubinatum tibi

65 Sic sine dote dedisse, magis quam in matrimonium.

Douz. fami-
feratio

Quis me improbior perhibeat esse? haec famigeratio
Te honester, me autem collumulet, si sine dote duxeris:
Tibi sit emolumentum honoris, mihi quod obiectent,
fiet.

LY. Quid, te Dictatorem censes fore, si abs te agrum
acceperim?

70 LE. Neque volo, neque postulo, neque censeo: ve-
rum tamen

IS EST HONOS homini pudico, meminisse officium
suum.

LY. Scio equidem te, animatus vt sis: video, subolet,
fentio.

Id agis, vt vbi affinitatem inter nos nostram adstrinxeris,
Atque

Atque cum agrum dederis, nec quicquam hic tibi sit,
qui vitam colas,

75 Effugias ex vrbe inanis, profugus patriam deferas,

Cognatos, affinitatem, amicos, factis nupriis:

Guil. perterritum.
Mea opera hinc proterritum te, meaque avaritia autu-
ment.

Id me commissurum, vt patiar fieri, ne animum in-
duxeris

ST. Non enim possum quin exclamen: Euge, euge
Lysiteles πάλιν.

80 Facile palmarum habes! hic vinctus, VICIT TVA CO-
MOEDIA.

Hic agit magis ex argumento, et versus meliores facit
Etiam ob stultitiam tuam te tueris? multam abomina.

LE. Quid tibi interpellatio aut in concilium hue ac-
cessio est?

ST. Eodem pacto, quo huc accessi, abscessero LE, i hac
mecum domum,

85 Lysiteles, ibi de istis rebus plura fabulabimur.

LY. Nihil lego in occulto agere soleo, meus vt ani-
mus est, eloquar:

Si mihi tua soror, vt ego aequum censeo, ita nuptum
datur

Sine dote, neque tu hinc abiturus; quod meum erit,
id erit tuum:

Sin alter animatus es, bene quod agas euueniat tibi:

90 Ego amicus nunquam tibi ero alio pacto. sic senten-
tia est.

ST. Abiit hercle ille quidem, ecquid audis Lysiteles?
ego te volo.

Hic quoque hinc abiit. Stasime. restas solus, quid
ego nunc agam?

Nisi vii sarcinam constringam, et clypeum ad dorsum
accommodem:

Salmas. ful-
menta iu-
beam sup-
pingi foccos,

Fulmentas jubeam suppingi foccos: non fisi potest.

95 Video caculam militarem me futurum haud longius:

Aut aliquem ad regem in saginam herus se coniecit
meus.

Par. coniexit.

Credo ad summos bellatores acrem fugitorem fore:
Et capturum spolia ibi illum qui meo hero aduersus
venerit.

Egomet autem quoniam extemplo arcum mihi, et phare-
tram, et sagittas sumpfero,
100 Cassidem in caput, dormibо placide in tabernaculo.
Ad forum ibo; nudius sextus quoniam talentum mutuum
Dedi, reposcam, ut habeam mecum quod feram via-
ticum.

ACTVS TERTIVS.

SCENA TERTIA.

MEGARONIDES, CALICLES

Vt mihi rem narras Calicles, nullo modo
Potest fieri prorsus, quin dos detur virginī.
CA. Namque hercule honeste fieri ferme non potest,
Vt eam perpetiar ire in matrimonium
3 Sine dolore, cum eius rem penes me habeam domi.
ME. Parata dos domiſt, niſi exspectare vis,
Vt eam sine dote frater nuptum collocet:
Post aedas ture Philtonem, et dorem dare
Te ei dicas: facere id eius ob amicitiam patris.
10 Verum hoc ego vereor, ne istaec pollicitatio
Te in crimen populo ponat atque infamiam.
Non temere dicant te benignum virginī,
Datam tibi dotem, ei quam dares, eius a patre.
Ex largitari te illi; neque ita, ut sit data in-
15 Columem te sistere illi; et detraxe autument.
Nunc si opperiri vis aduentum Charmidis,
Perlóngum'ſt: huic ducenti interea abscesserit.
CA. Nam hercule omnia istaec veniunt in mentem
mihi.
ME. Vide si hoc vtile magis atque in rem deputas,
20 Ut aedam Lesbonicum, edoceam ut res se habet.

CA.

CA. Ut ego nunc adolescenti thesaurum indicem
Indomito, pleno ameris ac lasciuiae?
Minume minume hercle vero! nam certo scio
Locum quoque illum omnem, vbi sit' st, comedenterit:
25 Quem fodere metuo, sonitum ne ille exaudiat,
Neu ipsam rem indaget, dotem dare si dixerim.
ME. Quo pacto ergo igitur? CA. clam dos deponi
potest.

Dum occasio ei rei reperiatur: interim
Ab amico alicunde argentum roges.

30 ME. Gerra! nae tu illud verbum acutum inueneris,
Mihi quidem hercle non est quod dem mutuom,
Lamb. quam CA. Malim hercle ut verum dicas, quam ut des mu-
ut det. tuum,

ME. Sed vide consilium, si placet. CA. quid con-
sili'st?

35 ME. Scitur, ut ego opinor, consilium inueni. CA.
quid est?

ME. Homo conducatur aliquis iam, quantum potest,
Quasi sit peregrinus. CA. quid is seit facere postea?

ME. Is homo exornetur graphicce in peregrinum mo-
dum,

Ignota facies, quae non visitata sit,
40 Falsidicum, confidentem, CA. quid tum postea?

ME. Quasi ad adolescentem a patre ex Seleucia
Veniat, salutem ei nunciet verbis patris,
Illum bene gerere rem, et valere et vivere,
Et eum redditum actutum, ferat epistolas

45 Ducas: eas nos consignemus, quasi sine a patre:
Det alteram illi, dicat alteram tibi

Lamb. Dari fe velle. CA. perge porro dicere.
ME. Seque aurum serre virginis dotem a patre
Dicat, patremque id iussisse aurum tibi dare.

50 Tenes iam? CA. propemodo! atque ausculo perlu-
bens,

ME. Tuum tu igitur demum id adolescenti aurum
dabis,

Vbi erit locata virgo in matrimonium.

CA.

Mittam. CA. eo ego igitur intro ad officium meum.

MSS. Cam. 90 Tu istuc age. ME. actum reddam.

actum red-
dam; mug-
ces sunt nisi.
Alt. nugace
sunt nisi.

ACTVS QVARTVS

SCENA PRIMA.

CHARMIDES.

Salsipotenti et multipotenti Iouis fratri, et Nerei
Neptuni,
Laetus, lubens, laudes ago, et grates gratiasque habeo,
et fluctibus saltis,
Quos penes mei potestas, bonis meis quid foret, et
meae vitae:
Quom suis me ex locis in patriam vrbisque moenia
reducem faciunt.

5 Atque ego, Neptune, tibi ante alios deos gratias ago
atque habeo summas.
Nam te omnes saeuomque seuerumque atque auditis
moribus commemorant,
Spurcificum, immanem, iutolerandum, vesanum. con-
tra opera expertus:
Nam pol placido te et clementi meo usque modo, ut
volui, usus sum in alto.
Atque hanc tuam gloriam iam ante auribus acceperam,
et nobiles apud homines.

10 Pauperibus te parcere solitum, diuites damnare atque
domare.
Abi, laudo: scis ordine, ut aequom' sit,
Tractare homines. HOC DIS DISNVM'ST, semper
mendicis modesti sint.
Fidus fuisti, infidum esse iterant. nam absque foret
te, sat scio in alto
Distraxissent, disque tulissent satellites tui me miserum
foede,

15 Bona.

15 Bonaque omnia item vna mecum passim caeruleos
per campos.
Ita iam quasi capes, haud secus, circumstabant nauem
turbines venti:
Imbres fluctusque atque procellae infensae frangere
malum,
Ruere antennas, scindere vela, ni tua pax propitia
foret praefato.
Apage me sis, deinde hinc certum' sit orio me dare. sa-
tis partum habeo.
20 Quibus acrumnis deluctavi, filio dum diuitias
quaero!
Sed quis hic est, qui in plateam ingreditur cum nouo
ornatu specieque
Donat, quan-
quam domi
cupio.

ACTVS QVARTVS.

SCENA SECUNDA.

SYCOPHANTA, CHARMIDES.

Huic ego diei nomen TRINVMMO faciam: nam ego
operam meam
Tribus nummis hodie locauit ad artes rugatorias.
Aduenio ex Seleucia, Macedonia, Asia atque Arabia,
Quas ego neque oculis neque pedibus unquam usur-
pauit meis.
5 Vides egestas quid negotii dat homini misero malo?
Qui ego nunc subigor trium nummorum causa, ut
has epistolas
Dicam ab eo homiue me accepisse, quem ego, qui
sit homo, nescio,
Neque novi: neque natus, necne is fuerit, id solide
scio.

CH.

CH. Pol hic quidem fungino genere est, capite se totum regit:

10 Illurica facies videtur hominis; eo ornatu aduenit.

SY. Ille qui me conduxit, vbi conduxit, abduxit domum.

Quae voluit, mihi dixit: docuit, et praemonstravit prius,

Quomodo quicque agerem, nunc adeo, si quid ego addidero amplius.

Eo conductor melius de me nugas conciliauerit.

15 Ut ille me exornauit, ita sum ornatus. ARGENTVM
HOC FACIT.

Ipsa ornamenta a Chorago' haec sumisit suo periculo.

Nunc ego si potero ornamenti hominem circumducere,

Dabo operam: ut me esse ipsum plane sycophantam sentiat.

CH. Quam magis specto, minus placet mihi hominis facies, mira sunt,

20 Ni illic homo' sit aut dormitator, aut fector zonarius.

Loca contemplat, circumspectat se, atque aedis noscitat.

MSS. Pall.
quo nox fu-
ratum.

CH. Credo edepol, quo mox furatum veniat, speculatorum loca.

Magis lubido' sit obseruare, quid agat: ei rei operam dabo.

SY. Has regiones demonstravit mihi ille conductor meus:

25 Apud illas aedis sistendae mihi sunt sycophantiae. Fores pultabo. CH. ad nostras aedes hic quidem habet rectam viam.

Hercle opinor mihi aduenienti hac noctu agitandum est vigilias.

SY. Aperite hoc, aperite, heus! ecquis his roribus tuelam gerit?

CH. Quid, adolescentis, quaeris? quid vis? quid istas pultas? SY. heu senex!

30 Census cum juratori recte rationem dedi,

Lesbo.

Lesbonicum hic adolescentem quaero, in his regionibus

Vbi habiteret, et item alterum ad istanc capitatis albitudinem:

Calliclem aiebat vocari, qui has mihi dedit epistolas.

CR. Meum gnatum hic quidem Lesbonicum quaerit
er amicum meum,

35 Cui ego liberosque bona que commendauit, Calliclem.

SY. Fac me, si scis, certiorum, hinc homines vbi habi-
tent, pater.

CH. Quid eos quaeris? aut quis es? aut unde es?
aut unde advenis?

SY. Multa simul rogatas! nescio quid expediam [po-
tissimum],

Sin unum quidquid singillatim et placide percuncta-
bere,

40 Et meum nomen, et mea facta, et itinera ego faxo
fcias.

CH. Faciam ita ut vis. agedum nomen tuum primum
memora mihi.

SY. Magnum facinus incipillis petere. CH. quid ita?
SY. quia, pater,

Si ante lucem ire occipias a meo primo nomine,
Concupiscentia noctis, priusquam ad postremum per-
ueneris.

45 CH. Opus face est et viatico ad tuum nomen, ut tu
praedicas.

SY. Est minusculum alterum, quasi vasculum vina-
rium.

CH. Hic homo solide sycophanta est. quid ait tu ado-
lescens? SY. quid est?

CH. Eloquere, isti tibi quid homines debent, quos
tu queritas?

SY. Pater istius adolescentis dedit has duas mihi epi-
stolas

Par. is mihi 50 Lesbonici. mihi est amicus. CH. renoe hunc mani-
amicus.

Me

Me sibi epistolas dedisse dicit. Iudam hominem probe.

SY. Ita ut occipi si animum aduortas, dicam. CH.
dabo operam tibi.

SY. Hanc me iussit Lesbonico suo gnato dare episto-
lam,

Et item hanc alteram suo amico Callicli iussit dare.

55 CH. Mihi quoque edepol, quoniam hic nugatur, con-
tra nugari lubet.

Vbi ipse erat? SY. bene rem gerebar. CH. ergo ubi?
SY. in Seleucia.

CH. Ab ipso? istas accepisti? SY. e manibus dedit
mihi ipse in manus.

CH. Qua facie est homo? SY. sesquipedale quidem est
quam tu longior.

CH. Haerer haec res: siquidem ego absens sum, quam
praesens longior.

60 Nouistin' hominem? SY. ridicule rogitas, quo cum
vna cibum

Capere soleo. CH. quid est ei nomen? SY. quod ede-
pol homini probo.

Palm. il. il. CH. Luber audire. SY. ille edepol! illi illi! vae misero
edepol, il. il. mihi!

CH. Quid est negotii? SY. deuorani nomen impru-
dens modo.

CH. Non placet, qui amicos intra dentes conciliosos
habet.

65 SY. Atque etiam modo vorsabatur mihi in labris
primoribus.

CH. Temperi huic hodie anteueni. SY. teneor mani-
festo miser.

CH. Iamne commentatus es nomen? SY. deum hercle.
me atque hominum pudet.

CH. Vide homo ut hominem noueris. SY. tanquam
me. fieri ictuc soler,
Quod in manu teneas atque oculis videoas, id desi-
deres.

70 Literis recomminiscar. C. est principium nomini.

- CH. Calicias? SY. non est. CH. Callippus? SY. non
est. CH. Callidemides?
- MSS. mihi. SY. Non est. CH. Callinicus? SY. non est. CH. Cal-
limarchus? SY. nil agis.
- Neque adeo edepol flocci facio: quando egomet me-
mini mei.
- CH. At enim multi Lesbonici sunt hic, nisi nomen
patris
- 75 Dices, non monstrare possum istos homines, quos
tu quaeritas.
- Quod ad exemplum est? conjectura si reperire pos-
fumus.
- SY. Ad hoc exemplum est, Char. CH. an Chares? an
Charidemus? num Charmides?
- SY. Hem istic erit, qui istum di perdant. CH. dixi
ego iamdudum tibi:
- Te potius bene dicere aequom? It homini amico, quam
male.
- 80 SY. Satin? intra labra atque dentes latuit vir minimi
pretii?
- Lamb. Ne male loquare absenti amico. SY. quid ergo
ej. praefente
amico.
- CH. NE MALE loquare absenti amico. SY. quid ergo
ille ignauissimus
- Mihi latitabat? CH. si appellasset, respondisset, no-
mine.
- Sed ipse vbi est? SY. pol illum reliqui ad Rhada-
mantem in Cecropia insula.
- CH. Qui homo est me insipientior, qui ipse egomet,
vbi sim, quaeritem?
- 85 Sed nihil disconducit huic rei. quid ais? SY. quid?
CH. hoc te rogo.
- Quos locus adisti. SY. nimium miris modis mirabiles.
- CH. Lubet audire, nisi molestum? It. SY. quin discipio
dicere.
- Omnium primum in Pontum aduicti ad Arabiam ter-
ram sumus.
- CH. Eho! an etiam Arabia? It in Ponto? SY. est; non
illace, vbi tus gignirur,

go Sed

90 Sed ubi absinthium sit atque cunila gallinacea.

CH. Nimium graphicum hunc nugatorem! sed ego
sum insipientior,
Qui egomet, vnde redeam, hunc rogitem, quae ego
sciam, atque hic nesciar:
Nisi quia lubet experiri, quo exasfatu'ft denique.

Quid est tibi nomen, adolescens? SY. Pax, id est no-
men mihi:

95 Hoc cordianum'ft. CH. edepol nomen nugatorium:
Quasi dicas, si quid crediderim tibi pax! periisse
illico.

Sed quid ais, quo inde iisti porro? SY. si animum
aduortas, eloquar.

Ad caput amnis, quod de coelo exoritur sub folio
Iouis.

CH. Sub folio Iouis? SY. ita dico. CH. e coelo? SY.
atque e medio quidem.

MSS. Cam. 100 CH. Echo! an etiam in coelum escendi'ft? SY. imo
doriala, horiola adiecti sumus,

Par immo VSque aqua aduorsa per amnum. CH. echo, an etiam
Roriola, vidisti Iouem?

SY. Alii dii esse ad villam aiebant seruis depromptum
cibum.

MSS. Mande Deinde porro. CH. deinde porro nolo quicquam prae-
porro. dices.

Schopp. ne- SY. Ego hercle, si es molestus. CH. nam pudicum
minem Ma- neminem
nere oporter. 105 Esse oporteret, qui abs terra ad coelum peruenierit.

SY. Dimitram, ut te velle video. sed monstra hoc
homines mihi.

Hos ego quaero, quibus me oporteret has deferre
epistolas.

CH. Quid ais tu nunc si forte cum ipsum Charmi-
dem confixeris:

Illum, quem tibi istas dedisse commemoras epistolas,

110 Noueris te hominem? SY. ne tu me edepol arbi-
trare beluam,

Qui quidem non nescire possum, quicunq; aetatem
exegerim.

An ille tam esset stultus, qui mihi mille nummum
crederet

Philippeum, quod me aurum deserre iussit ad gnatum
suum,

Atque ad amicum Calliclem, quem rem aiebat man-
dasse hic suam?

115 Mihi concrederet, nisi me ille et ego illum nossem
approbe?

CH. Enimvero ego nunc Sycophantae huic syco-
phantae phantari volo:

Si hunc possum illo mille nummum Philippo circum-
ducere,

Quod sibi me dedisse dixit: quem ego, qui sit homo,
nescio:

Neque oculis ante hunc diem vñquam vidi; eine au-
rum credere;

120 Cui, si capit is res fiet, nummum nunquam credam
plumbeum.

Aggreduiſt hic homo mihi astu. heus, Pax, te tri-
bus verbis volo.

SY. Vel trecentis. CH. habentu id aurum, quod
acepisti a Charmide?

SY. Atque etiam Philippeum, numeratum illius in
mensa manu

Mille nummum. CH. nempe ab ipso id accepisti
Charmide?

125 SY. Mirum quin ab aucto eius, aut proavo acci-
pem, qui sunt mortui.

CH. Adolescens cedo dum istuc aurum mihi. SY.
quod ego aurum dem tibi? CH. Quod a me te ac-
cepisti faslus. abs te accepisti? CH. ita loquier.

SY. Quis tu homo es? CH. qui mille nummum tibi
didi. ego sum Charmides.

SY. Neque edepol tu is es, neque ho die is vñquam
eris, auro huic quidem.

130 Abi sis nugator: nugari nugatori postulas.

CH. Chat

CH. Charmides ego sum. SY. nequiequam hercle es:
nam nihil auri fero.

Nimis argute obrepisti in eapſe occasiuncula.
Postquam ego me aurum ferre dixi, post tu factus
Charmides.

Prius tu non eras, quam auri feci mentionem, nihil
agis.

135 Proin' tu te itidem, vt Charmidatus es, rursum
recharmida.

CH. Quis ego sum igitur, siquidem is non sum, qui
sum? SY. quid id ad me attiner?

Dum ille ne sis, quem ego esse nolo, sis mea cauſa,
qui lubet.

Prius non is eras, qui eras: nunc is factus, qui tum
non eras.

CH. Age si quid agis, SY. quid ego agam? CH. au-
rum redde. SY. dormitas, senex.

140 CH. Fassus Charmidem dedisse aurum tibi. SY.
scriptum quidem.

CH. Properas, an non properas abire actutum ab his
regionibus,

Dormitator, priusquam ego hic te iubeo mulcari
male?

SY. Quamobrem? CH. quia illum quem ementitus
es, ego sum ipſus Charmides,

Quem tibi epistolæ dedisse aiebas, SY. eho! quæſo,
an tu is es?

145 CH. Is enim uero sum. SY. ain'tu tandem, is ipſusne
es? CH. aio. SY. ipſus es?

CH. Ipſus, inquam, Charmides sum. SY. ergo ipſusne
es? CH. ipſiſſumus.

Abi hinc ab oculis. SY. enim uero fero quoniam ad-
uenis,

Vapulabis meo arbitratu et nouorum aedilium.
CH. At etiam maledicis? SY. ino, ſaluos quandoqui-

dem aduenis,
150 Di te perdant; eis flocci facio, an periſſes prius.

Ego ob hanc operam argentum accepi: te macto infor-
tunio.

Ceterum qui sis, qui non sis, floccum non interduim.
Ibo ad illum, renunciabo qui mihi tris nummos
dedit,

falsa Ut sciat, se perdidisse, ego abeo: male viue et vale.

155 Quod di te omnes aduenientem peregre perdant,
inventus Charmides.

CH. Postquam ille hinc abiit, post loquendi libere

Viderur tempus venisse, atque occasio.

Iamdudum meum ille pectus pungit aculeus,

Quid illi negotii fuerit ante aedis meas.

160 Nam epistola illa mihi concenturata metum
In corde, et illud mille nummum quam rem agat,

NVNQVAM edepol TEMERE tinnit tintinnabulum:

Nisi qui illud tractat, aut mouet, motum est, tacet.

Sed quis hic est, qui hoc in plateam cursuram incipit?

165 Lubet obseruare quid agat: hoc concessero.

ACTVS QVARTVS.

SCENA TERTIA.

STASIMVS, CHARMIDES.

Stasime, fac te propere celesti, recipe te ad dominum
domum;

Ne subito merus exoriatur scapulis stultitia tua.

Adde gradum! appropera! iamdudum factum'ft,
cum abiisti domo.

Cane sis tibi, ne bubuli in te cottabi crebri crepent.

Si abiervis ab heri quaestione: ne desisteris currere!
Ecce hominem te, Stasime, nihil! sat' in thermo-

polio

Condalium es oblitus, postquam thermopotafti gut-
turem?

Recipe te, et recurre petere re recenti. CH. huic,
quisquis est,

Gurcu-

Gurelio'st exercitor: is hunc hominem cursuram
docet.

10. ST. Quid, homo nihili, non pudet te? tribus te
poteris

Memoria esse oblitum? an vero, quia cum frugi ho-
minibus

Ibi bibisti, qui ab alieno facile cohiberent manus?
Theruchus fuit, Cerconicus, Crinns, Cercobulus,
Collabus,

Oculicrepidae, Cruricrepidae, Ferriteri, Mastigiae.

15 Inter eosne homines condalium te redipisci postulas,
Quorum eorum vnu surripuit currenti cursori solum?
CH. Ita me di ament, graphicum furem! ST. quid
ego, quod periit, petam?

Lamb. hypo- Nisi etiam laborem ad daminum apponam epithecam
thecam. insuper?

QVIN TV QVOD periit; periisse ducis? cape vor-
soriam.

20 Recipe te ad herum. CH. non fugitiuos est hic ho-
mo, commeninit domi.

ST. VTINAM VETERES MORES, veteres pari-
moniae,

Potius maiori honori hic essent, quam mores mali.

CH. Di immortales! basilica hic quidem facinora in-
ceprat loqui.

Douz, more Vetera quaerit, vetera amare hunc, morem majorum,
maiorum. scias.

25 ST. Nam NVNC MORES NIHIL FACIVNT, quod
licet, nisi quod lubet.

AMBITIO iam more sancta'st, libera'st a legibus:
Scuta iacere, fugereque hostes, more habent licen-
tiam:

PETERE HONOREM pro flagitio, more fit. CH. mo-
rem improbum.

ST. STRENVOS praeterire, more fit. CH. nequam
quidem.

30 ST. MORES LEGES perduxerunt iam in potesta-
tem suam.

Magis quis sunt obnoxiosi, quam parentes liberis.
Eae miserae etiam ad parietem sunt fixae clavis ferreis,
Vbi malos mores affigi nimio fuerat aequius.

CH. Luber adire atque appellare hunc: verum ausculo
perlubens.

35 Et ineruo, si compellabo, ne aliam rem occipiat loqui.
ST. Neque istic quicquam legi sanctum'lt. LEGES
mori seruiunt.

Mores autem rapere properant, qua sacrum, qua
publicum.

CH. Hercole istic malam rem magnam moribus dig-
num'lt dari!

ST. Nonne hoc publice animum aduorti? nam id ge-
nus hominum omnibus

40 Vniuersis est aduorsum, atque omni populo male facit:
Male fidem seruando, illis quoque abrogant etiam
fidem,

Qui nihil meriti: quippe ex eorum ingenio ingenium
horum probant.

Hoc qui in mentem venerit mihi, re ipsa modo com-
monitus sum.

SI QVIS MVTVOM quid dederit, fit pro proprio
perditum.

45 Cum repetas, inimicum amicum beneficio inuenis
tuo,

Si mage exigere cupias, duarum rerum exoritur
optio:

Vel illud, quod credideris, perdas; vel illum ami-
cum amiferis.

CH. Meus est hic quidem Strasimus seruos. ST. nam
ego talentum mutuom

Quod dederam, talento inimicum mihi emi, amicum
vendidi.

50 Sed ego sum insipientior, qui rebus curem publicis
Potius, quam id quod proximum'lt, meo tergo tu-
telam geram.

Eo domum, CH. heus tu! adsta illico: audi, heus tu!
ST. non sto. CH. at ego te stare volo.

ST. Quid

ST. Quid si egomet te velle nolo? CH. ha nimium,
Stasime, saeviter!

ST. Emere melius est, cui imperes. CH. pol ego emi,
atque argentum dedi.

I Gul. da 55 Sed si non dicto audiens est; quid ago? ST. dannum
magnum ma- malum.

CH. Bene mones: ita facere certum est. ST. nisi qui-
dem es obnoxius.

CH. Si bonus est, obnoxius sum: si secus est, fa-
ciam ut iubes.

ST. Quid id ad me attinet, bonisne seruis tu vtare
an malis?

CH. Quia boni malique in ea re pars tibi est. ST.
parrem alteram

60 Tibi permitto, illam alteram ad me, quod boni est,
apponito.

CH. Si eris meritus, fieri. sed respice ad me huc: ego
sum Charmides.

ST. Hem, quis est, qui mentionem facit homo ho-
minis optimi?

CH. Ipse homo optimus. ST. mare, terra, coelum,
di vostram fidem!

Satir' ego oculis plane video? estne ipsis, an non
est? is est.

65 Certe is est, is est profecto. o mi here exoptatissime,
Salue. CH. salue, Stasime, ST. saluum te. CH. scio
et credo tibi.

Acidal. sed
omittit alia. Sed omitto alia; hoc mihi responde. Liberi quid agunt
msi,

Quos reliqui hic, filium atque filiam? ST. viuant,
valent.

CH. Nempe vterque? ST. vterque. CH. di me sal-
uom et seruatum volunt.

70 Cerera intus oriose percunctator quae volo.
Eamus intro, sequere. ST. quo tu te agis? CH. quo-
nam, nisi dominus?

ST. Hincine nos habitare censes? CH. ubinam ego alibi
cenfearim?

ST. Iam. CH. quid iam? ST. non sunt nostrae aedes
istae. CH. quid ego ex te audio?

ST. Vendidit tuus natus aedis. CH. perii! ST. praefentariis

75 Argenti minis numeratis. CH. quot? ST. quadraginta CH. occidi!

Quis eas emit? ST. Calicles, cui tuam rem commen-
daueras,

Is habitatum huc commigravit, nosque exturbavit
foras.

CH. Vbi nunc filius meus habitat? ST. hic, in hoc
posticulo.

CH. Male disperii! ST. credidi aegre tibi id, vbi au-
disse, fore.

80 CH. Ego miser meis periculis sum per maria maxima
Vectus capitali periculo, per praedones plurimos
Me seruavi, saluos redii; nunc hic disperii miser,
Propter eosdem, quorum causa fui hac aetate exer-
citus.

Adimit animam mihi aegritudo. Stasime, tene me,
ST. viſne aquam

85 Tibi petam? CH. res quam animam agebat, tum
esse offusam oportuit.

ACTVS QVARTVS.

SCENA QVARTA.

CALLICLES, CHARMIDES, STASIMVS.

Quid hoc hic clamoris audio ante aedis meas?
CH. O Calicles! o Calicles! o Calicles!
Qualine amico mea commendaui bona!
CA. Frobis et fidelis, et fido, et cum magna fide;
Et falso; et saluom te advenisse gaudeo.
CH. Credo omnia istaec, si uita sit, ut praedicas.
Sed quis iste est tuus ornatus? CA. ego dicam tibi.
Thesau-

Theſaurum effodiebam intus, dotem, filiae
Tuae quae daretur. sed intus narrabo tibi
10 Et hoc et alia: ſequere. CH. Stasime! ST. hemi
CH. strenue

Curre in Piraeum, atque vnum curriculum face.
Videbis iam illic nauem, qua aduecti fumus.

MSS. Videto Iubeto Sangarionem, quae imperauerim,
Sang. Curare, vt efferantur: et tu ito simul,
15 Solutum'ſt portiori iam portiorum.
ST. Nihil' est morae. CH. i, i, ambula! actutum
redi.

ST. Illic sum atque hic sum. CA. ſequere tu hac me
intro. CH. ſequor.

ST. Hic meo hero amicus ſolus firmus reſtitit,
Neque demutauit animum de firma fide.

Lamb. Labo- 20 Quanquam labores multos.
res multos Sed hic vnuſ, vt ego ſuſpicor, feruat fidem.
ipſe pertuli, Ob rem laborem eum ego cepiſſe cenſeo.

ACTVS QVINTVS.

SCENA PRIMA.

LYSITELLES.

Hic homo eſt omnium hominum praecipuus, voluptu-
tibus gaudiisque anteponens:
Acidal, ſu- Ita commoda, quae cupio, euueniunt: quod ago, affe-
bit. quitur, ſubeft,
Subſequitur: ita gaudiis gaudium ſuppeditat.
Modo me Stasimus Leſbonici ſeruos conuenit: is
5 Mihi dixit, ſuum herum peregre huic adueniſſe Char-
midem.
Nunc mihi is propere conueniendus eſt; vt, quae
cum eius filio
Egi, ei rei fundus pater ſit potior. eo. ſed fores
Hae ſonitu ſuo mihi moram obiiciunt incommode.

ACTVS

— — —

ACTVS QVINTVS.

SCENA SECUNDA.

CHARMIDES, CALICLES, LYSITELES,
LESBONICVS.

*MSS. homi-
num inter-
dum atbi-
tror.*

Neque fuit, neque erit, neque esse quenquam homi-
num in terra dum arbitror,

Cui fides fidelitasque amicum erga aequiparet suum:
Nam exaedificauisset me ex his aedibus, absque te
foret.

CA. SI QVID amicum erga bene feci, aut consului
fideliter,

5 Non videor meruisse laudem: culpa caruisse arbitror.
Nam BENEFICIVM, homini proprium quod datur,
proprium sumperit:

Quod datum vtendum est, id repetundi copia'st, quan-
do velis.

CH. Est ita, vt tu dicis, sed ego hoc nequeo mirari
fatus,

Eum sororem despondisse suam in tam fortē fami-
liam,

10 Lyfiteli quidem Philonis filio. **LY.** enim me no-
minat.

CH. Familiam optumam occupauit. **LY.** quid ego
cesso hos colloqui?

Sed maneam etiam opinor: namque hoc commodum
orditur loqui.

CH. Vah. **CA.** quid est? **CH.** oblitus intus dudum
tibi sum dicere:

Modo mihi aduenienti nugator quidam accessit obuiam,
15 Nimis pergraphicie sycophanta: is mille nummum
se aureum

Meo datu tibi ferre, et gnato Lesbonico aiebat meo:
Quem ego nec qui esset noram, neque eum ante
vsquam confixi prius.

Sed

Sed quid rides? CA. meo allegatu venit, quāū qui
aurum mihi

Ferret [abs] te, quod darem tuae gnatae dotem: ut
filius

Tuus, quando illi a me darem, esse allatum id abs
te crederet,

Neu qui rem ipsam posset intellegere, et thesaurum
tuum

Me esse penes, atque eum a me lege populi patrium
posceret.

CH. Scite edepol! CA. Megaronides communis hoc
meus et tuus

Benevolens commentu'st. CH. quin collaldo consilium,
et probo.

LY. Quid ego ineptus, dum sermonem vereor inter-
rumpere,

Solus sto: nec, quod conatus sum agere, age? homi-
nes colloquar.

CH. Quis hic est, qui huc ad nos incedit? LY. Char-
midem sacerdotem suum

Lysiteles salutat. CH. di dent tibi, Lysiteles, quae velis.
MSS. salute CA. Non ego sum salutis dignus? LY. imo salute,
dignus. Callicles.

Hunc priorem aequom' st me habere. TVNICA PRO-
PRIOR PALLIO EST.

CH. Deos volo consilia vestra recte vortere.
Filiam meam tibi despontaram esse audio. LY, nisi tu

neuis.

CH. Imo haud nolo. LY. sponden' ergo tiam gnatam

uxorem mihi?

CH. Spondeo, et mille auri Philippum doris. LY. do-
tem nihil moror.

CH. Si illa tibi placet, placenda dos quoque est,
quam dat tibi.

Postremo, quod vis, non duces, nisi illud, quod non
vis, feres.

CA. Ius hic orat, LY. impertrabit te aduocato atque
arbitrio.

sciat

Nicæ

Ista legi filiam tuam spōden' mihi vxorem dari?

CH. Spondeo. CA. et ego spondeo idem hoc. LY.

oh! saluete affines mei,

40 CH. Atque edepol sunt res, quas propter tibi tamen
succēsui.

CA. Quid ego feci? CH. meum corrumpi quia per-

missus sum in pessum filium.

CA. Si id mea voluntate factum est, est quod mihi
succēsas.

Sed sine me hoc abs te impetrare, quod volo. CH.
quid id est? CA. scies.

Si quid stulte fecit, ut ea missa facias omnia.

45. Quid quassas caput? CH. cruciatur cor mihi, et
metuo. CA. quidnam id est?

CH. Quom ille ita'st ut esse nolo, id crucior: metuo
si tibi

Dene gem quod me oras, ne te leuiorem erga me putas.

Non grauabor; faciam ita ut vis. CA. probus es, eo
ut illum euocem.

CH. Miserum'st male promerita, ut merita, si mihi yl-

cisci non licet.

50 CA. Aperite hoc, aperite propere et Lesbonicum, si

domi'st, foras

Alii: euocate ita subito: propere quod eum conventum
ita subito: volo.

LE. Quis homo tam tumultuoso sonitu me excuit su-

bito foras?

CA. Benevolens tuus atque amicu'st. LE. sati salue?

dic mihi.

CA. Recre tuum patrem rediisse saluom peregre,
gaudeo.

55 LE. Quis id ait? CA. ego. LE. tun' vidisti? CA. et
nre idem video. liceat.

LE. O pater, pater mi, salue! CH. salue multum,
gnate mi.

LE. Si quid tibi, pater, laboris? CH. nihil evenit,
ne time:

Bene re gesta saluos redeo; si tu modo frugi esse vis,

Haec

Hæc tibi pacta'st Callicli filia. LE. ego ducam, pater:
So Etiam et si quam aliam iubebis. CH. quanguam tibi
succensui.

CA. Miseria vna vni quidem homini'st affatim. CH.
imo huic parum'st.

Nam si pro peccatis centum ducat uxores, parum'st.
LE. At iam posthac temperabo. CA. dicis; si facias
modo.

LE. Numquid caußae est, quin vxorem eras domum
ducam? CH. optimum'st, licet,
Tu in perendinum paratus sis ut ducas. Plaudite.

FINIS TRINVMMI.

HINZ TRIANAMI.

413
426

ULB Halle
007 668 570

3



VD18



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



Farbkarte #13

M. ACCI PLAVTI

SARSINATIS VMBRI

COMOEDIAE DVAE

EX RECENSIONE

JO. FRED. GRONOVII

J. Roemer.

I E N A E
IN BIBLIOPOLIO ACADEMICO

1788.

